
84

EMENDATIONES
IN
SUIDAM
ET
HESYCHIUM,
ET
ALIOS LEXICOGRAPHOS
GRÆCOS.

VOL. III.

SCRIPSIT
JO. TOUP,
ECCLESIÆ CATHED. EXON. PRÆBENDARIUS,
ET ECCLESIÆ S. MARTINI CUM CAPELLA
DE LOO IN AGRO CORNUBIENSI
RECTOR.

OXONII:
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.
MDCCXC.


LIBRARY
JAN 14 1971
UNIVERSITY OF TORONTO

EMENDATIONUM

IN

SUIDAM

PARS QUINTA.

CURÆ NOVISSIMÆ

SIVE

APPENDICULA

NOTARUM ET EMENDATIONUM

IN

SUIDAM.

MEMORIÆ

VIRI DOCTISSIMI ET AMICISSIMI

ANTONII ASKEW

M. D.

MUSIS OMNIBUS LUGENTIBUS,

NUPERRIME EXTINCTI;

HOC,

QUICQUID EST LIBELLI,

SACRUM ESSE VOLUIT

AUCTOR.

PRÆFATIO AUCTORIS

AD

QUINTAM PARTEM.

LECTORI ERUDITO S.

UNUM *habeo, mi Lector, quod te monitum velim et tantummodo unum. Nam ut paucorum hominum, ita paucorum verborum sum. In Emendationibus nostris ad Suid. P. II. p.* 462. *celeberrimum trimetrum Epicharmi Siculi exhibuimus, et errorem Cl. Ernesti in versu constituendo animadvertimus: idque vere omnino, et Doctis undique applaudentibus. Sed insurgit tandem in Notis novissimis ad Xenophon. Memor. II.* 1. 20. *senex festivissimus et errasse se negat, " cum Spondæus sit par Anapæsto,*

" et

" *et ſæpe in trimetris occurrat.*" *Miror hominis imperitiam. Sed hujuſmodi Doctores exſibilandi, non refellendi ſunt. Cæterum ex trimetro Epicharmi tetrametrum concinnat vir doctiſſimus ad Herodot. II. p.* 157.

Ὦ πονηρὲ, μὴ τὰ μαλακὰ μώεο, μὴ τὰ σκλῆρ' ἔχῃς.

Ubi μώεο *pro* μόεο *ſcilicet: quod antiqui coloris eſt. Sed Leunclavii emendatio mihi ſemper veriſſima eſt viſa,*

——————Ὦ πονηρὲ σὺ,

Μή μοι τὰ μαλακὰ μώεο, μὴ τὰ σκλῆρ' ἔχῃς.

Recte illud et ſolenniter in clauſula ſenarii, ὦ πονηρὲ σύ. *Ariſtoph. in Av.* 1647.

Διαβάλλεταί σ' ὁ θεῖος, ὦ πονηρὲ σύ.

Idem in Amphiarao apud Suidam Tom. III. p. 638. *v.* Φρυνώνδας·

Ὦ μιαρὲ, καὶ Φρυνώνδα, καὶ πονηρὲ σύ.

Idem in Ran. 468.

Ὦ βδελυρὲ, κἀναίσχυντε, καὶ τολμηρὲ σύ.

Idem in Ran. 1206.

Τεθνηκόσιν γὰρ ἔλεγεν, ὦ μοχθηρὲ σύ.

Idem

Idem in Acharn. 164.

Οὐ καταβαλεῖτε τὰ σκόροδ'; ὦ μοχθηρὲ σύ.*

Apollodorus Caryſtius apud Polluc. x. 161.

———— Ἐμβαλόντες, ὦ πονηρὲ σὺ,
Εἰς σακκοπήραν αὐτὸν, ἐπιθήσετί πε
Ἐφ' ὑποζύγιον ————

Atque hinc emendandus Ariſtophanes apud Polluc. x. 33. Καλεῖται δὲ τὸ Κλινίδιον καὶ Κλιντήριον, ὡς ἐν Δὶς ναυαγῷ Ἀριστοφάνης· Τί μέ, ὦ πονηρὲ, ἐξορίζεις ὥσπερ κλιντήριον. *Quæ ita legenda et numeris ſuis reſtituenda ſunt:*

———— Ω ΠΟΝΗΡΕ ΣΥ,
Τί μ' ἐξορίζεις ὡσπερεὶ κλιντήριον; †

Atque hæc hactenus.

---

* Idem in Nub. 856.

Τὰς δ' ἐμβάδας ποῖ τέτροπας, ὦ 'νόητε σύ;

† Supra ἀντὶ τῦ, ἐν Δὶς ναυαγῷ, poteris etiam ſcribere, ἐν Ὀδύσσει ναυαγῷ. *In Ulyſſe naufrago.* Qui titulus fabulæ Epicharmi apud Athenæum lib. xiv. 3. p. 619.

CURÆ NOVISSIMÆ

SIVE

APPENDICULA

NOTARUM ATQUE EMENDATIONUM

IN

SUIDAM.

ABΥΣΣΟΣ. Ἱερὸν ἦν τῆς Περσεφόνης, πολὺν χρυσὸν ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου πεφυλαγμένον ἄθικτον ἔχον. Ἐν ᾧ χρυσός τις ἄβυσσος, ἀόρατος τοῖς πολλοῖς κατὰ γῆς κεκρυμμένος.] Hæc ſunt verba Dionyſii Halicarn. in Excerptis Valeſii vol. iv. p. 2362. Eadem repetit Suidas v. Πύῤῥος, ubi legitur, χρυσοῦ τις ἄβυσσος. Quomodo locutus eſt Gregor. Nazianz. apud Stobæum p. 305. PARS V.

Πλουτοῦσι μωροὶ τοῖς ὀνείρασι πλέον,
Η ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΑΒΥΣΣΟΝ οἱ κεκτημένοι.

Sed

PARS V. Sed utraque locutio proba eſt. Æſchyl. Sept. ad Theb. 956.

Ὑπὸ δὲ σώματι γᾶς
ΠΛΟΥΤΟΣ ΑΒΥΣΣΟΣ ἔςαι.

Ubi legendum videtur, ἐςί. *There is ſilver and gold enough under ground.* Ariſtoph. Lyſyſtr. 173.

Οὐχ ἇς ποδᾶς γ' ἔχοντι ταὶ τριήρεες,
Καὶ τ' ἀργύριον τ' ἄβυσσον ᾖ παρὰ τᾷ Σιῷ.

Ita ſcribendus iſte locus, de quo parum accurate Giſb. Koen, vir doctiſſimus, ad Corinthum p. 81. De vocula ἇς nos non ita pridem ad Theocritum. Dicitur autem ποδῆς ἔχειν ut τέχνης ἔχειν. Sophocl. Oedip. Tyr. 719.

Βρότειον ὀδὲν μαντικῆς ἔχον τέχνης.*

Atque ad hunc Comici locum reſpexiſſe videtur Dionyſius.

ΑΓΑΝΟΝ. — Καὶ Ἀγανῶμεν, ἀντὶ τοῦ, κοσμήσομεν.] Vox Ἀγανῶμεν ne Græca quidem eſt. Scribendum, Ἀγαλῶμεν. Noſter ſupra p. 20. Ἀγάλλει. — Κοσμεῖ. Ariſtoph. Pac. 391.

Καί σε Θυσίαισιν ἱε-
ραῖσι, προσόδοις τε μεγά-
λαισι, διαπαντὸς, ὦ
Δέσποτ', ΑΓΑΛΟΥΜΕΝ ἀεί.

* Confer Schol. Bodl. ad Sophocl. Oedip. Tyr. v. 728.

Ubi

Ubi Schol. Ἀγαλοῦμεν, ἐπικοσμήσομεν. Confer Schol. ad Euripidis Med. 1027. qui ex Aristophane corrigendus est. Atque ad hunc locum proculdubio respexit Suidas. PARS V.

ΑΓΗΝΟΡΙΟΝ. Ὄνομα τόπου.] Arrian. Expedit. Alexand. ii. 24. Τὸ δὲ πλῆθος τῶν Τυρίων, τὸ μὲν τεῖχος ὡς ἐχόμενον εἶδον, ἐκλείπουσιν· ἀθροισθέντες δὲ κατὰ τὸ ΑΓΗΝΟΡΙΟΝ καλούμενον, ἐπέστρεψαν ταύτῃ ἐπὶ τοὺς Μακέδονας. Hunc locum ante oculos habuit Suidas.

ΑΓΚΟΣ. Ὑψηλὸς τοῦ ὄρους τόπος. Ποσὶ δ' αὖ ἐλθεῖν ἄγκος ἐς ὑψικάρηνον ἐδίζετο.] Hoc fragmentum, cujus cujus sit, corruptum est atque ita emendandum,

Ποσὶ δ' ἀνελθεῖν
Ἄγκος ἐς ὑψικάρηνον ἐδίζετο ——

Noster infra v. Ἐώρημα. Ὁ Βελλεροφόντης διὰ τοῦ Πηγάσου τοῦ πτερωτοῦ ἐπεθύμησεν ΕΙΣ ΤΟΝ ΟΥΡΑΝΟΝ ΑΝΕΛΘΕΙΝ.

ΑΓΡΕΙΑ ἀοιδή· ἡ ἀγροικική. Τὸ σκύτος ἀγρείης εἵνεκα τῆς πλατάνου.] Interpres, nihil mali suspicatus, Pentametrum istum ita vertit: *Pellem agrestis platani causa.* Qua quidem interpretatione nihil ineptius fingi potest. Sed versus corruptus est atque ita rescribendus:

Τὸ σκύλος ἀγρείης τεῖνε κατὰ πλατάνου.

Quomodo

PARS V. Quomodo recte legitur apud Anthol. lib. vi. p. 574. ubi integrum exstat Epigramma, ex quo hunc versiculum deprompsit Suidas. Notanda autem vox σκύλος, quæ paulo rarior est. Suidas τὸ σκύτος exhibet. Sed vox σκύτος primam semper producit: quod Kustero recte observatum ad Aristophanis Plut. v. 514. Idem autem σκύλος et σκῦλον. Callimachus apud Suidam v. Καττηναρισμένας·

—— Τὸ δὲ ΣΚΥΛΟΣ ἀνδρὶ καλύπτρη
Γιγνόμενον νιφετοῦ καὶ βελέων ἔρυμα.

Phalæcus in Epigrammate apud Reisk. in Anthol. Cephalæ, p. 16.

Καὶ ΣΚΥΛΟΣ ἀρτιδόρου στικτὸν ἀχαιΐνεω.

Ita scribendus iste versiculus, de quo Kusterus ad Suidam v. Θίασος. et Salmasius in Plinianis p. 156. Cæterum vocem σκύλος usurpat et Nicander Alex. 270.

Νείαιραν τόθι σάρκα περὶ ΣΚΥΛΟΣ ΑΥΟΝ ὀπάζει
Δυσλεπέος καρύοιο ——

Ubi Schol. Σκύλος, τὸ δέρμα, ἤτοι τὸ ἔνδυμα. Atque hinc corrigendus videtur Theocritus noster xxv. 142.

Ὅς δή τοι ΣΚΥΛΟΣ ΑΥΟΝ ἰδὼν χαροποῖο λέοντος,

Vulgo legitur, σκύτος αὖον.

ΑΔΗΦΑΓΙΑ. Ἡ ἀπληστία. —Ἀλκαῖος δὲ ἐν τῷ Κωμῳδοτραγῳδῷ τοὺς ποτὰς λύχνους ἀδηφάγους εἶπεν.]
Alcæi

Alcæi plures, alius Lyricus, alius Tragicus, alius Comicus, alius denique Epigrammatarius, de quibus consulendi qui de *Poetis Græcis* scriptitarunt. Intelligendus autem hic Alcæus Comicus, Mitylenæus, Aristophani σύγχρονος, quem decem fabulas docuisse scribit Suidas, quæ quidem omnes, si fragmenta paucula excipias, penitus interciderunt. Alcæi ΑΔΕΛΦΑΙ ΜΟΙΧΕΥΟΜΕΝΑΙ laudatur Athen. lib. vii. p. 316. Ἀλκαῖος Ἀδελφαῖς μοιχευομέναις·

Ἠλίθιον εἶναι, νοῦν τε πολύποδος ἔχειν.

Scribe, πουλύποδος. Sic mox Eupolis,

Ἀνὴρ πολίτης πουλύπους ἐς τοὺς τρόπους.

ΓΑΝΥΜΗΔΗΣ. Pollux vii. 23. Ἀλκαῖος δὲ ἐν Γανυμήδει διπύρους ἄρτους εἶπεν. Οἱ δὲ δίπυροι ἄρτοι τινές εἰσι τρυφῶντες. Quæ emendatiora leguntur apud Athenæum lib. iii. p. 110.

Διπύρους τε θερμούς· οἱ δίπυροι δ' εἰσὶν τίνες;
Ἄρτοι τρυφῶντες ——

ΙΕΡΟΣ ΓΑΜΟΣ. Athenæus lib. ix. p. 408. Ἡ πλείων δὲ χρῆσις κατὰ χειρὸς ὕδωρ εἴωθε λέγειν, ὡς Εὔπολις ἐν Χρυσῷ γένει, καὶ Ἀμειψίας Σφενδόνῃ, Ἀλκαῖός τε ἐν Ἱερῷ γάμῳ. Idem lib. x. p. 424. Τῷ δὲ Κεραννύειν κέχρηται Πλάτων μὲν ἐν Φιλήβῳ· Τοῖς δὲ θεοῖς, ὦ Πρώταρχε, εὐχόμενοι κεραννύωμεν· καὶ Ἀλκαῖος ἐν Ἱερῷ γάμῳ,

——— Κεράν-

PARS V.

——— Κεράννυσι τ' ἀφανίζεσί τε.*

Meminit et Photius in Lexico inedito: Πῶλοι ϰ̀ ἐπὶ βοῶν. Ἀλκαῖος· ἐνίθρῳ γάμῳ ἀνδράποδα πέμπεται, πωλικὸν ζεῦγος βοῶν. Quæ ita legenda et numeris ſuis reſtituenda ſunt: Ἀλκαῖος ΕΝ ΙΕΡΩι ΓΑΜΩι·

Ἀνδράποδα πέμπετε πωλικὸν ζεῦγος βοῶν.

Quæ de *ſponſa deducenda* intelligenda ſunt. Suidas: Ζεῦγος ἡμιονικὸν ἢ βοεικόν· ζεύξαντες τὴν λεγομένην κλινίδα, ἥ ἐςιν ὁμοία διέδρῳ, τὴν τῆς νύμφης μέθοδον ποιεῦνται. Ita diſtinguendus eſt iſte locus, qui ad Alcæum illuſtrandum apprime facit. Confer etiam quæ ſcripſimus ad Suidam v. Ἀναθεῖναι. ΕΝΔΥΜΙΩΝ. Pollux ix. 53. Τὸ δὲ ἐν ταῖς Κράτητος Τόλμαις.

——— πρῶτα μὲν

---

* Hic inepte Interpres; *Vinum iis miſcent, et illos e medio tollunt.* Ἀφανίζειν eſt *Ebibere. Calicem exſiccare.* Eubulus apud Athenæum lib. xi. 6. p. 473.

Ἅμα δὲ λαβεῦσ' ΗΦΑΝΙΚΕ, πηλίκον τίνα
Οἴεσθε μέγεθος; ἀπειρέσιον, μέγαν πάνυ·
Καὶ ξηρὸν ἐποίησ' εὐθέως τὸν κάνθαρον.

Ita ſcribendus iſte locus, in quo magnus Animadverſor operam luſit. Interpres autem egregie ineptit: quod iſti homini ſolenne eſt. Hinc Antiphanes apud Athenæum lib. ix. 18. p. 409. ἐν ἀργυρίε ΑΦΑΝΙΣΜΩ. *Argenti profuſione.* Athenæus lib. viii. 7. p. 344. Τε δ' αὐτε ϰ̀ τὸν ἀγρὸν καταβεβρωκότος εἰς ὀψοφαγίαν, ἐπειδὴ θερμὴν ποτε καταβροχθίσας ἰχθῦν ἔφησε τὸν ἐρανὸν καλακεκαῦσθαι, λοιπὸν ἔφησέν ἐςιν ὁ Θεόκριτός σοι ϰ̀ τὴν θάλασσαν ἐκπιεῖν, ϰ̀ ἔση τρία τὰ μέγιςα ΗΦΑΝΙΚΩΣ, γῆν ϰ̀ θάλασσαν ϰ̀ ἐρανόν.

Ταλαν-

Ταλαντιαῖος ὅςις ἐς' αὐτῶν λέγε, ἄδηλον εἴτε τιμὴν εἴτε ῥοπὴν λέγει· ὥσπερ ὅταν Ἀλκαῖος ὁ Κωμικὸς ἐν Ἐνδυμίωνι εἴποι. Νοσημάτων ταλαντιαίων. Lexicon nescio cujus apud Cl. Montfaucon in Bibl. Coislin. p. 482. Ἐδιακόνουν, Ἀλκαῖος ἐν Δυμίωνι. Scribe, Ἐνδυμίωνι. ΚΑΛΛΙΣΤΩ. Athenæus, lib. ix. p. 399. Ἀλκαῖος δὲ ἐν Καλλιςοῖ καὶ ὡς πολλῶν ὄντων ἐμφανίζει διὰ τούτων·

PARS V.

Κοριαννὸν εἶναι λεπτὸν, ἵνα τοὺς δασύποδας
Οὓς ἂν λάβωμεν ἁλσὶ διαπάττειν ἔχῃς.

Ita scribendus videtur iste locus. ΠΑΛΑΙΣΤΡΑ. Athenæus lib. viii. p. 370. Ἀλκαῖος Παλαίςρᾳ·

Ἤδη δ' ἧψε χύτραν ῥαφάνων.

Ubi inepte Interpres, *Brassicarum ollam jam attigit.* Ἕψειν χύτραν est *ollam coquere. To boil the pot.* Aristoph. Eccles. 840.

Χύτρας ἔτνους ἕψουσιν αἱ νεώταται.

Athenæus lib. ix. p. 396. Ἀλκαῖος Παλαίςρᾳ·

Οὐδὲν γὰρ αὐτὸς, εἴ τι γρύζομαι μόνον,
Ὧν σοι λέγω πλέον τι γαλαθηνοῦ ὑός.

Ita scribendum istum locum jam monuimus in Addendis nostris ad Theocritum. Quæ vulgo leguntur inquinatissima sunt. ΠΑΣΙΦΑΗ. Pollux x. 11. Εἴποις δ' ἂν αὐτὰ καὶ οἰκητήρια σκεύη, καὶ χρηςήρια σκεύη· τὸ μὲν Ἀλκαίου τοῦ ποιητοῦ εἰπόντος ἐν Πασιφάῃ·

Καὶ ναὶ μὰ Δί' ἄλλα σκευάρι' οἰκητήρια.

PARS V.



Ita ſcribendus iſte verſiculus. Σκευάρια οἰκήτηρια ſunt *vaſcula*, ſive *ſupellex domeſtica*. Τὰ ἔπιπλα vocat ſupra Eupolis, quæ vox reſtituenda Æſchini Socratico ii. 2. Ἔτι δὲ τἆλλα τὰ εἰς πλοῦτον ἥκοντα, ΤΑ ΕΠΙΠΛΑ, τὰ ἀνδράποδα, καὶ ἵπποι, καὶ χρυσὸς, καὶ ἄργυρος. Vulgo inepte legitur, ἁπλᾶ.* Lexicon Sangerman. MS. Ἀστεῖος καὶ Ἀστικὸς διττῶς. Μένανδρος· προποιήσεις ἀστικὸν σαυτόν· πάλιν Ἀλκαῖος Πασιφάῃ· νῦν γένοιτ' ἀστεῖος οἰκῶν ἐν πόλει. Quæ ita reſcribenda eſſe puto: Μένανδρος Ἥρωι·

—— Ποιήσεις ἀστικὸν σαυτὸν πάλιν.

Ἀλκαῖος Πασιφάῃ·

Νῦν οὖν γένοιτ' ἀστεῖος οἰκῶν ἐν πόλει.

ΚΩΜΩιΔΟΤΡΑΓΩιΔΙΑ. Harpocratio p. 11. Ἀλκαῖος δὲ ἐν τῇ Κωμῳδοτραγῳδίᾳ τοὺς πότας λύχνους ἀδηφάγους εἶπεν. Quocum facit Photius in Lexico inedito. Κωμῳδοτραγῳδὸν appellat Suidas: quod perinde eſt. Huc reſpexit Euſtathius ad Odyſſ. A. Λυσίας δὲ καὶ ναῦν ἀδηφάγον φησὶ τὴν τὸν μισθὸν λαμβάνουσαν ἐντελῆ, καὶ λύχνους ἀδηφάγους τοὺς πότας. Ubi legendum, Καὶ ΑΛΚΑΙΟΣ λύχνους ἀδηφάγους τοὺς πότας. Neque enim Lyſias, ſed Alcæus λύχνους ἀδηφάγους dixit. Cæterum et

* Iſæus Orat. vii. p. 520. Ἔτι δὲ ἀνδράποδα μισθοφοροῦντα καὶ δύο θεραπαίνας, καὶ παιδίσκην, καὶ ΕΠΙΠΛΑ, δι' ὧν ᾤκει τὴν οἰκίαν, σχεδὸν, σὺν τοῖς ἀνδραπόδοις, ἄξια τρισκαίδεκα μνῶν. Sed vide omnino doctiſſimum Koen. ad Gregor. Corinth. Περὶ τῶν Διαλεκ.

hanc

hanc fabulam laudat Macrobius Saturnal. v. 20. *Gargara tanta frugum copia erant, ut qui magnum cujusque rei numerum vellet exprimere, pro multitudine immensa Gargara nominaret: Testis Alcæus, qui in Cœlo tragœdia sic ait:* PARS V.

Ἐτύγχανον μὲν ἀγρόθεν πλείστους φέρων
Εἰς τὴν ἑορτὴν ὅσον οἷον εἴκοσι.
Ὁρῶ δ' ἄνωθεν γάργαρ' ἀνθρώπων κύκλῳ.

Hæc non uno in loco depravata sunt. Primum legendum, in *Comœdotragœdia.* Plautus in Amphitr. *Comicotragœdiam* vocat: quod perinde est. Deinde versus secundus claudicat, atque ita sublevandus est,

Εἰς τὴν ἑορτὴν ὡς ἂν οἷον εἴκοσι.

Idem ὡς ἂν εἴκοσι, et ὡς ἂν οἷον εἴκοσι. *Circiter viginti.* Quod pleonasmi Græci est. Atque hæc hactenus.

ΑΘΡΟΥΣ. Εἰς ἅπαν συνηγμένους. Τοιαῦτα μὲν ἐποίκιλλεν ἀθρόους δεδιοσόμενος.] Hoc fragmentum depromptum est ex Josepho Bell. Jud. iv. 4. ubi legitur, ἀθρόως δεδιοσόμενος. Quod perinde est.

ΑΚΙΝΗΣΙΑ. Ἠρεμία. Καὶ τοὺς ἵππους ἐξελαύνειν προςέταξεν, ὡς διαλύσοιτο αὐτοῖς τὸ ὑπὸ τοῦ παράπλου νεναρκηκὸς ὑπὸ ἀκινησίας.] Scribendum, ὑπὸ τὸν παράπλουν. *In their passage.* Idem ὑπὸ τὸν παράπλουν et κατὰ τὸν παράπλουν. Mentem autem

 loci

PARS V. loci recte accepit Interpres. *Et equos foras pelli jussit, ut membrorum torpor, ex nimia quiete tempore navigationis contractus, discuteretur.*

ΑΚΡΑΣ ΝΥΚΤΟΣ. Περὶ τὸν πρῶτον ὕπνον.

Κεῖνος γὰρ ἄκρας νυκτὸς, ἡνίχ' ἕσπεροι
Λαμπτῆρες ȣ̓κ ἔτ' ᾖθον ——

Ὅτε ȣ̓κ ἔφαινον ἔτι οἱ ἑσπέριοι· ἢ ὅτε ἐσβέσθησαν οἱ λύχνοι. Καιρὸς γὰρ ἐπιβȣλῆς καὶ ἐπιθέσεως τότε.] "Sensus hujus loci mutilus est, qui suppleri "poterit, addita voce λύχνοι." *Kuster.* Fallitur vir doctissimus. Scribendum, ὅτε ȣ̓κ ἔφαινον ἔτι οἱ ἑσπέριοι ΑΣΤΕΡΕΣ. Quomodo recte legitur apud Schol. ad Sophocl. Aj. 288. unde hic locus descriptus est.

ΑΛΓΙΣΤΑΤΟΝ. Τȣ̃το δ' ἐς ἀλγίστατον ἡμῖν.] "In hisce vix litera sana est. Sed bonum "factum, quod Suidas errorem suum prodi-"derit infra v. Μαλκίσατον, ubi idem fragmen-"tum hoc modo profertur:

—— Τόδε μοι μαλκίστατον ἦμαρ.

"Cujus lectionis elegantiam qui capere velit, "consulat Lud. Casp. Valckenarium Animad. "in Ammon. p. 39." *Ruhnken.* Fallitur vir doctissimus. Respexit sine dubio Noster ad Aristoph. Vesp. 1112.

Τȣ̃το

Τȣ̃το δ' ἐς' ἄλγιςον, ὑμῶν ἤν τις ἀςράτευἰος ὢν PARS V.
Ἐκφορῇ τὸν μισθὸν ἡμῶν ——

Atque hinc Suidas corrigendus eſt.

ΑΛΙΒΥΕΣ ΖΕΥΓΝΙΤΑΙ. — Καὶ νῦν δὲ χρῶνται περὶ ἀρχῆς Ἀλίβυες, οἱ προσαγορευόμενοι Ζευγνῖται.] Scribe, οἱ περὶ Βάρκην Ἀλίβυες. *Qui circa Barcen habitant.* Barce eſt urbs Libyæ: de qua Marklandus noſter in Epiſtola ad Cl. Haræum. Idem autem Λίβυες et Ἀλίβυες, ut Σύριοι et Ἀσσύριοι. de quo nos in Epiſt. Crit. p. 606. et Cl. Caſaubonus ad Strab. xi. p. 779. Cæterum hunc locum repetit Suidas v. Ἄμιπποι, ubi οἱ Λίβυες legitur: quod perinde eſt.

ΑΛΙΜΕΝΩΤΗΣ. Τόπος λιμένα μὴ ἔχων.] Vox excidit. Scribendum, Ἀλιμενότης. Ἀλιμένωτος· τόπος λιμένα μὴ ἔχων. Heſychius: Ἀλιμένωτα, λιμένα μὴ ἔχοντα. Vox autem Ἀλιμενότης, quæ interpretatione caret, occurrit apud Xenoph. Hiſt. Græc. lib. iv. p. 536. Φοβȣ́μενος δὲ τήν τε ΑΛΙΜΕΝΟΤΗΤΑ τῆς χώρας, καὶ τὰ τῆς βοηθείας, καὶ τὰ τῆς σπανοσιτίας, ταχύ τε ἀνέςρεψε, καὶ ἀποπλέων ὡρμίσθη τῆς Κυθηρίας εἰς Φοινικȣ̃ντα.

ΑΛΚΗΕΝΤΑΣ. Εὐρώςȣς. Δυνατȣ́ς.

Ἄρτεμι τόξα λαχȣ̃σα καὶ ἀλκήεντας ὀϊςȣ́ς.] Hexameter iſte eſt pars Epigrammatis, quod exſtat

PARS V. in Anthologia Cephalæ, p. 42. Carmen integrum ſubjiciam.

ΔΗΜΑΓΗΤΟΥ.

Ἄρτεμι, τόξα λαχοῦσα καὶ ἀλκήεντας ὀϊστούς,
Σοὶ πλόκον οἰκείας τόνδ᾽ ἀνέθηκε κόμης
Ἀρσινόη θυόεν παρ᾽ ἀνάκτορον, ἡ Πτολεμαίου
Παρθένος, ἱμερτοὺς κειραμένη πλοκάμους.

Ita ſcribendum iſtud Epigramma. Confer Suidam v. Πλόκον.

ΑΛΚΤΗΡΙΑ ΛΙΜΟΥ. *Δυνάμενα ἀλαλκεῖν καὶ ἀπείργειν τὸν λιμόν.*] Poeta, neſcio quis, apud Noſtrum v. Λιμός·

Γαστέρι μοῦνον ἔχοιμι κακῆς ἀλκτήρια λιμοῦ.

Huc reſpexit Suidas.

ΑΛΛΟΣΤΡΑΤΕΙ. Στρατεύεται.] Utraque vox corrupta eſt. Correximus alibi, Μελλοστρατεῖ, στραγγεύεται. Quod omnino verum. Confer quæ ſcripſimus in Suidam v. Στραγγεύει. Eſt autem Μελλοστρατεῖν *militiam detrectare*, ſive *domi ſe abdere*: quod οἴκοι μένειν vocant Græci. Plutarchus in Cicerone: *Κάτων δ᾽ αὐτὸν ἰδὼν, ἰδίᾳ πολλὰ καταμέμφεται Πομπηΐῳ προσθέμενον· αὐτῷ μὲν γὰρ οὐχὶ καλῶς ἔχειν ἐγκαταλιπεῖν ἣν ἀπ᾽ ἀρχῆς εἵλετο τῆς πολιτείας τάξιν, ἐκεῖνον δὲ χρησιμώτερον ὄντα τῇ πατρίδι καὶ τοῖς φίλοις, εἰ* ΜΕΝΩΝ ΟΙΚΟΙ *πρὸς τὸ ἀποβαῖνον ἡρμόζετο.* Ita ſcribendus iſte locus, qui

illuſtris

PARS V.

illuſtris eſt. Idem in Sertorio: Οἱ Σύλλᾳ μὲν ὁμȣ̃ τι συμπάσης ἄρχοντι γῆς καὶ θαλάττης ποιεῖν τὸ προςαττόμενον ȣ̓κ ἠξιȣ̃μεν ΟΙΚΟΙ ΜΕΝΟΝΤΕΣ. Julianus in Epiſt. liii. ad Jamblichum: Σὺ μὲν ΟΙΚΟΙ ΜΕΝΕΙΝ, καὶ χαίρειν, καὶ τὴν ἡσυχίαν, ἣν ἔχεις, σώζειν· ἡμῖν δὲ ὅ,τι ἂν θεὸς διδῷ, γενναίως οἴσομεν. Dionyſ. Halicar. Antiq. Rom. ix. 27. Ἀλλὰ θανάτȣ τὴν συμφορὰν τιμησάμενος, ΟΙΚΟΙ ΜΕΝΩΝ καὶ ȣ̓δένα προσιέμενος, ὑπό τ' ἀθυμίας καὶ σίτων ἀποχῆς μαρανθεὶς ἀπέςη τȣ̃ βίȣ. Xenoph. Hiſt. Græc. lib. i. p. 443. Ἐμοὶ ἀρκεῖ ΟΙΚΟΙ ΜΕΝΕΙΝ· καὶ εἴτε Λύσανδρος, εἴτε ἄλλός τις ἐμπειρότερος περὶ τὰ ναυτικὰ βȣ́λεται εἶναι, ȣ̓ κωλύω τὰ κατ' ἐμέ.* Atque hinc neſcio an vindicandus Sophocles apud Plutarchum vol. ii. p. 74. quem perperam

* Idem in Cyri Inſtitut. lib. viii. p. 471. Edit. Hutchinſon. Καὶ ἄλλα γέ σοι, ὦ Σάκα, προσδιαπράξομαι παρὰ Κύρȣ, μήτε θύρας τὰς Κύρȣ θεραπεύειν, μήτε ςρατεύεσθαι· ἀλλὰ σὺ μὲν πλετῶν ΟΙΚΟΙ ΜΕΝΕ. Demoſthenes Περὶ Παραπρεσϐ. p. 122. Edit. Taylor. ΜΕΝΟΝΤΑΣ ΟΙΚΟΙ ΚΑΙ ΟΥ ΣΤΡΑΤΕΥΟΜΕΝΟΥΣ. Confer infra p. 130. et p. 132. Idem in Olynth. B. p. 87. Edit. Mounteney. Ὧν οἱ μὲν, τὰ ςρατιωτικὰ ΤΟΙΣ ΟΙΚΟΙ ΜΕΝΟΥΣΙ διανέμȣσι θεωρικά· οἱ δὲ, τȣ̀ς ἀτακτȣ̃ντας ἀθῴȣς καθιςᾶσιν. Ibid. p. 107. Ἔξεςιν ἄγειν ἡσυχίαν; ΟΙΚΟΙ ΜΕΝΩΝ εἶ βελτίων, τȣ̃ δι' ἔνδειαν ἀνάγκῃ τι ποιεῖν αἰσχρὸν ἀπηλλαγμένος. Ariſtides vol. ii. p. 450. Edit. Jebb. Ὑμῶν ΟΙΚΟΙ ΜΕΝΟΝΤΩΝ, σχολὴν ἀγόντων, ὑγιαινόντων. Libanius Orat. xxiii. vol. ii. p. 550. Σοὶ βέλτιον, ὦ γέρον, ΟΙΚΟΙ ΜΕΝΕΙΝ, ἢ τοιαῦτα κινδυνεῦσαι. Menander apud Stobæum p. 157. Edit. Grotii:

ΟΙΚΟΙ ΜΕΝΕΙΝ χρὴ, καὶ μένειν ἐλεύθερον,
Ἢ μήκετ' εἶναι τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

ſollicitavit

PARS V. sollicitavit vir doctissimus ad Euripidis Phœnissas v. 723.

Ἐγ᾽ ᾧδ᾽ ὁ ΦΕΥΓΕΙΣ, ὃ τὸ μὴ κλύειν κακῶς,
Ἀλλ᾽ ἐγγὺς Ἕκτωρ ἐστίν· ὃ ΜΕΝΕΙΝ καλόν.

Corrigendus etiam Tragicus, Sophocles, opinor, apud Apollonium in Lex. Homer. quem magno literarum incremento nuperrime publicavit Cl. Villoisonus. ΗΤΟΙ. Καθ᾽ Ὅμηρον ἰσοδυναμεῖ τῷ Μέν συνδέσμῳ·

Ἤτοι ὅγ᾽ ὡς εἰπὼν ——————

Παρὰ δὲ ἡμῖν καὶ ἄλλοις ποιηταῖς, διαζευκτικῷ συνδέσμῳ·

Ἤτοι στρατεύσει σημαίνων ἔσῃ κακός.

Primum recte scripsimus, τῷ Μέν συνδέσμῳ. Confer Schol. ad Homer. Iliad. A. 68. Deinde Senarius iste ridiculosissime corruptus est, atque ita certo certius emendandus:

Ἤτοι στρατεύσεις, ἢ ΜΕΝΩΝ ἔσῃ κακός.

Aut militatum ibis, aut ignavus domi manebis.

ΑΛΛΟΜΕΝΟΝ ΥΔΩΡ.] D. Joann. iv. 14. Τὸ ὕδωρ ὃ δώσω αὐτῷ γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ΥΔΑΤΟΣ ΑΛΛΟΜΕΝΟΥ εἰς ζωὴν αἰώνιον. Ad hunc locum respexisse videtur Suidas.

ΑΛΟΙΩΝ. Τύπτων. Κρούων. Ὁ δὲ ῥοπάλῳ ἀλοιῶν, εἴθ᾽ ἑτέρῳ τρόπῳ, τοῦτον ἔκτεινεν.] Respexit, ut videtur, Suidas ad Dionys. Halicar. Antiq. Rom. i. 39. Ἡρακλῆς δὲ ΑΛΟΙΩΝ αὐτὸν τῷ ῥοπάλῳ

πάλω κλίνει. Ubi MS. Vat. ἀλύων. Quod et imperite probat Hudſonus. PARS V.

ΑΛΟΧΟΣ. Γαμετή. Εὐριπίδης ἐξ Ἀνδρομέδας· Ἄγου με, ὦ ξένε, εἴτε δμωΐδ' ἐθέλεις, εἴτ' ἄλοχον.] Hæc leguntur apud Laertium in Arceſilao, ex quo depromſit Suidas. Locus autem Euripidis ita reſcribendus eſt:

Ἄγε μ', ὦ ξέν', εἴτε δμωΐδ' εἴτ' ἄλοχον θέλεις.

Sunt verba Andromedæ ad Perſeum. Aliud autem eſt Ἄγειν, aliud Ἄγεσθαι. Hoc de *uxore*, illud de *ſervo* dicitur. Eurip. Troaſ. 140.

Δούλα δ' ἄγομαι γραῦς ἐξ οἴκων.

Quare recte, tum metro, tum ſenſu jubente, emendavimus.

ΑΜΑΛΔΥΝΘΗΣΟΜΑΙ. Ἀφανισθήσομαι.] Ariſtoph. Pac. 379.


Ἀλλ', ὦ μέλε', ὑπὸ Διὸς ἀμαλδυνθήσομαι,
Εἰ μὴ τετορήσω ταῦτα καὶ λακήσομαι.

Ubi Schol. Τὸ δὲ ἀμαλδυνθήσομαι ἀντὶ τοῦ ἀφανισθήσομαι. Hinc ſuam notam deſcripſit Suidas.

ΑΜΒΟΛΙΑ. Ἡ ὑπέρθεσις. Ἐν Ἐπιγράμματι· Ἠθάδος ἀμβολίης αἰὲν ἀεξομένης.] Pentameter iſte eſt pars Epigrammatis, quod legitur in Anthol. Cephalæ, Miſcell. Lipſ. vol. ix. p. 476. Carmen integrum ſubjiciam, idque emendatius quam legi ſolet.

MAKE-

PARS V.



ΜΑΚΕΔΟΝΙΟΥ.

Αὔριον ἀθρήσω σε. Τὸ δ' ἔπελε γίνεται ἡμῖν,
 Ἠθάδος ἀμβολίης αἰὲν ἀεξομένης.
Ταῦτά μοι ἱμείροντι χαρίζεαι, ἄλλα δ' ἐς ἄλλους
 Δῶρα φέρεις, ἐμέθεν πίστιν ἀπειπαμένη.
Ὄψομαι ἑσπερίη σε. Τί δ' ἕσπερος ἐστὶ γυναικῶν;
 Γῆρας ἀμετρήτων πληθόμενον ῥυτίδων.

Ita scribendum ὄψομαι ἑσπερίη, non ἑσπερίην. Verba sunt puellæ ad amatorem. Confer quæ scripsimus in Addendis Theocrit. vii. 21.

ΑΜΥΓΔΑΛΗ. Τὸ δένδρον. Ἀμυγδάλη δὲ ὁ καρπός. Καὶ δειλαὶ δακνέσθαι ἀμυγδάλαι.] Hoc fragmentum est pars Epigrammatis, quod legitur apud Reiskium in Anthol. Cephalæ, p. 34. Legitur etiam apud Kusterum infra ad v. Γέλγιθες. Sed utrumque fugit vera lectio. Carmen integrum, quod exquisitæ Græcitatis est, hic emendatum adponam.

ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Βότρυες οἰνοπέπαντοι, ἐυσχίστοιό τε ῥοιῆς
 Θρύμματα, καὶ ξανθοὶ μυελοὶ ἐκ στροβίλων,
Καὶ δειναὶ δάκνεσθαι ἀμυγδάλαι, ἥ τε μελισσῶν
 Ἀμβροσίη, πυκναί τ' ἰτρίνεαι ποπάδες,
Καὶ πότιμοι γέλγιθες, ἰδ' ὑελοειδέες ὄχναι,
 Δαψιλῆ οἰνοπόταις γαστρὸς ἐπεισόδια,
Πανὶ φιλοσκήπωνι καὶ εὐστόρθυγγι Πριήπῳ
 Ἀντίθεται λιτὴν δαῖτα Φιλοξενίδης.

Ita

Ita ſcribendum iſtud Epigramma: de quo conſulendus Cl. Kuſterus v. Ποπάδες. Quicquid autem *excellens* aut *efficax* eſt, δεινὸν vocant Græci. Atqui amygdalæ ad compotationem promovendam et ebrietatem arcendam mire faciunt: de quo Athenæus et Dioſcorides. Hinc δεινὰς δάκνεσθαι, *eſu præſtantes*, vocat Poeta. Cratinus apud Athenæum lib. iv. p. 138. PARS V.

Ἐν δὲ ταῖς λέσχαισι φῦσκαι προσπεπατταλευμέναι
Καττακρέμανται τοῖσι πρεσβύταισιν ΑΠΟΔΑΚ-
ΝΕΙΝ ὀδάξ.

Deinde recte ſcripſimus, ὑελοοίδακες ὄχναι. *Cyathi ad inſtar tumentes. Bottle or bell-pears.* Vocem οἴδακες agnoſcit Suidas: Οἴδακες. Οἱ λεγόμενοι φήληκες. Ita legendus iſte locus. Φήληκας οἰδαίνοντας vocat Ariſtophanes in Pace v. 1165. Nihil verius hac emendatione.*

ΑΜΦΗΜΕΡΟΝ. Τὸν ἀμφημερινὸν πυρετόν. Σοφοκλῆς·

Ποιμέσι κρυμὸν φέρων γνάθοισιν ἐξ ἀμφημέρου.]

Ad hunc locum ne verbum quidem Interpretes. Scribendum, Σοφοκλῆς Ποιμέσι·

Κρυμὸν φέρων γνάθοισιν ἐξ ἀμφημέρου.

Sophocles ἐν Ποιμέσι ſæpius laudatur Grammaticis. Cæterum ita locutus eſt Callimachus in Dian. 115.

* Hanc notam non vidit Brunck. Vide Analect. vol. iii. p. 160.

PARS V.



—— τόθεν Βορέαο καταΐξ
Ἔρχεται ἀχλαίνοισι δυσαέα ΚΡΥΜΟΝ ΑΓΟΥΣΑ.

ΑΜΦΙΠΡΥΜΝΑΙΣ. Εἶδος πλοίων. Ἔμπαλιν διελθεῖν παρεσκεύασε τὸν Ἴστρον ἐν ταῖς ἀμφιπρύμναις τῶν νεῶν.] Hoc fragmentum depromptum eſt ex Menandro in Excerpt. Legat. Hœſchelii, p. 139. ubi legitur ἐν ταῖς καλεμέναις ΑΜΦΙΠΡΥΜΝΟΙΣ τῶν νεῶν. Quomodo et apud Suidam ſcribendum eſt. Hujuſmodi naves memorat Agathias, lib. iii. p. 93. Ἐπακτρίδας τινὰς ΑΜΦΙΠΡΥΜΝΟΥΣ δέκα πληρώσαντες ἐκ τῆς ἀεὶ σφίσιν ἑπομένης δυνάμεως. *Decem actuarias naves bipuppes e copiis, quibus præerant, inſtruxerunt.*

ΑΝΑΓΚΗ. Ἐν Ἐπιγράμματι·
—— Ἴδ' ὡς ἐδίδαξεν ἀνάγκα
Πάνσοφος ἐξευρεῖν ἔκλυσιν ἀΐδιω.]
Hic locus decerptus eſt ex Epigrammate Antipatri, quod exſtat Anthol. lib. vi. p. 561.

ΑΝΑΘΕΝΤΑΣ. Ἀντὶ τοῦ, ἐπιθέντας. Ξενόφων.] Locus Xenophontis, ad quem reſpexit Suidas, exſtat in Exped. Cyr. lib. iii. p. 297. Ἐμοὶ δὲ, ὦ ἄνδρες, δοκεῖ τὸν ἄνθρωπον τοῦτον μήτε προσίεσθαι εἰς ταὐτὸ ἡμῖν αὐτοῖς, ἀφελομένους τε τὴν λοχαγίαν, ΣΚΕΥΗ ΑΝΑΘΕΝΤΑΣ, ὡς τοιούτῳ χρῆσθαι.

ΑΝΑΚΤΕΣ. Οἱ θεοί. Καὶ Ἀνάκτορα. Τὰ ἱερά.] Hæc ſunt verba Scholiaſtæ ad Ariſtoph. Aves v. 789.

ANA-

ANAPYTTEIN. Ἀναυλεῖν. Κρατῖνος Διδασκαλίαις· Ὅτε σὺ τοὺς καλοὺς θριάμβους ἀναρύτουσα ἀπηχθάνου.] Scribe, Ἀναρύτειν, ἀναυλεῖν. Versus autem Cratini, qui non integris pedibus ambulat, ita sustentandus est: PARS V.

Ὅτε σὺ τοὺς καλοὺς θριάμβους ἀναρύτουσ᾽ ἀπηχθάνου.

Cæterum hunc locum non intellexit Interpres. Est autem θριάμβους ἀναρύτειν *versus Iambicos in honorem Bacchi proferre*. Hesychius: Θρίαμβος, Διονυσιακὸς ὕμνος, ἴαμβος. Ita scribendus iste locus. Photius in Lex. inedito: Θριάμβους. Ἰάμβους ἔνιοι λέγουσι. Ad hunc Cratini locum respexisse videtur Photius.

ANEMOY ΠΕΔΙΟΝ. Ἐπὶ τῶν εὐμεταβόλων καὶ "κούφων.] MSS. Paris. Ἀνέμου παιδίον. Quam "lectionem præ altera amplectendam esse "puto." *Kuster*. Recte vir doctissimus. Atque ad hanc normam corrigendus Libanius in Epist. ad Nicocl. p. 545. Ἐμὲ δὲ μήτε κόθορνον, μήτε Εὔριπον, μήτε ANEMOY ΠΑΙΔΙΟΝ ἡγήσῃ ταῖς γενομέναις διαλλαγαῖς. Vulgo legitur Ἀνέμου πεδίον. Rem extra dubium ponit Pollux i. 196. Εἴποι ἂν αὐτὸν Ὅμηρος αὔρας ἢ ANEMOY ΠΑΙΔΑ. Qui locus eximius est.

ANEPPIΨAN. Ἀνέβαλον. Οἱ δ᾽ ἅμα πάντες ἀναρρίψαντες ὄλεθρον.] Respexit Suidas, ut recte monuit Cl. Albertus, ad Homer. Odyss. K. 130.

Οἱ δ᾽ ἅμα πάντες ἀνέῤῥιψαν, δείσαντες ὄλεθρον.

Ubi

PARS V. Ubi Schol. Ἀνέῤῥιψαν, ἐκωπηλάτησαν. Sed aliud est ἀναῤῥίπτειν, aliud κωπηλατεῖν. quod et recte notatum Kustero. Quare locum Homeri corruptum esse puto, atque ita emendandum:

Οἱ δὲ ἍΛΑ πάντες ἀνέῤῥιψαν ——

Homer. Odyss. H. 328.

Εἰδήσεις δὲ καὶ αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶν ὅσσον ἄρισται
Νῆες ἐμαί, καὶ κοῦροι ΑΝΑΡΡΙΠΤΕΙΝ ΑΛΑ πηδῷ.

Idem Odyss. N. 78.

Ἔνθ' οἱ ἀνακλινθέντες ΑΝΕΡΡΙΠΤΟΥΝ ΑΛΑ πηδῷ.

Ubi Schol. Ἀπὸ τοῦ παρακολουθοῦντος. Ἀναῤῥίπτεται γὰρ ὑπὸ τῶν κωπῶν τὸ ὕδωρ.*

ΑΝΤΙΑΣΑΣ. Σοφοκλῆς·

Ἀλλ' ἀντιάζω, πρὶν πανωλέθρους τὸ πᾶν
Ἡμᾶς τ' ὀλέσθαι, κἀξερημῶσαι γένος.] "Duo
"hi senarii sic legendi videntur:

Ἀλλ' ἀντιάζω, πρὶν πανωλέθρως τὸ πᾶν
Ἡμῶν τ' ὀλέσθαι, κἀξερημοῦσθαι γένος."

Kuster. Fallitur vir doctissimus. Sunt verba Sophoclis in Elect. 1215. qui cum Suida in omnibus concordat. Est autem ἐξερημῶσαι γένος locutio Attica: de qua Schol. ad Eurip. Medeam 320. Confer et quæ scripsimus ad Suidam, P. I. p. 65.

* Aratus ἐν Φαινόμ. v. 155. p. 22.

Εἰς ἄνεμον δὲ τὰ πηδὰ ——

Ubi Schol. Κατὰ συγκοπὴν τὰ πηδάλια, ἤγουν τὰς κώπας, ἀπὸ τοῦ πηδῷ. Καὶ Ὅμηρος·

—— ΑΝΕΡΡΙΠΤΟΥΝ ΑΛΑ ΠΗΔΩ.

ANTI-

ANTITYΠΗΣΑΙ. Ἀντιπαθῆσαι. Καὶ Ἀντιτυπία, ἐναντίωσις, σκληρότης. Καὶ Ἀντιτύπους ἀνθρώπους, σκληροὺς καὶ ἀνενδότους.] Plato in Theæteto: Καὶ μὴν δὴ, ὦ Σώκρατες, σκληρούς γε λέγεις καὶ ΑΝΤΙΤΥΠΟΥΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥΣ. Ad hunc locum refpexit Suidas. PARS V.

ΑΝΕΣΟΒΗΣΑΝ. Διήγειραν. Οἱ δ' Ἄβαροι τῷ σκληρά τε καὶ ὀγκώδη φρονήματα ἔχειν τὴν ὡς ἀλλήλους ἀνεσόβησαν ἔριν.] Hoc fragmentum legitur apud Menandrum in Excerptis Hœfchelii, p. 140. qui ex hoc loco corrigendus eft.

ΑΝΤΛΟΣ. Ἡ συγκομιδὴ τῶν ἀσταχύων ἐν τῇ ἅλῳ.

Καὶ ταύτας ἐφ' ἅλωος, ἐφ' ᾇ πολὺν ἔβρασεν ἄντλον
Κριθῶν καὶ λιπαρὰν εἶδε γεωμορίην.]

Scribe, Κρίθων. *Critho* eft nomen agricolæ. Eft autem hoc diftichon pars Epigrammatis, quod dedit Cl. Reifkius in Anthol. Cephalæ, p. 48. Dederat et Cl. Merrick ad Tryphiodor. p. 107. Carmen integrum fubjiciam.

ΑΔΑΙΟΥ.

Τὰν οἶν, ὦ Δάματερ ἐπόγμιε, τάν τ' ἀκέρωτον
Μόσχον, καὶ τροχιὰν ἐν κανέῳ φθοΐδα,
Σοὶ ταύτας ἐφ' ἅλωος, ἐφ' ᾇ πολὺν ἔβρασεν ἄντλον
Κρίθων, καὶ λιπαρὰν εἶδε γεωμορίαν,
Ἱρεύει, πολύσωρε· σὺ δὲ Κρίθωνος ἀρουραν
Πᾶν ἔτος εὔκριθον καὶ πολύπυρον ἄγοις.

Ita

PARS V.



Ita scribendum istud Epigramma, quod perperam sollicitavit Cl. Reiskius. Verba autem postrema ita vertenda sunt: *Fac ut Crithonis ager quotannis hordei et tritici ferax sit.* Haud aliter locutus est auctor ἀνώνυμος in Epigrammate apud Stratonem, quod hic apponam:

ΑΔΗΛΟΝ.

Τὸν καλὸν, ὦ Χάριτες, Διονύσιον, εἰ μὲν ἕλοιτο
    Τ'ἀμὰ, καὶ εἰς ὥρας αὖθις ΑΓΟΙΤΕ καλόν.
Εἰ δ' ἕτερον στέρξειε παρεὶς ἐμὲ, μύρτον ἕωλον
    Ἐρρίφθω, ξηροῖς φυρόμενον σκυβάλοις.

Ita legendum istud Epigramma. Eleganter autem τ'ἀμὰ ἑλέσθαι dicitur, *qui me amat et cæteris anteponit.* Lucian. in Hermotimo: Εἰ καθάπερ νῦν ἔχω ΕΛΟΙΜΗΝ ΤΑ ΥΜΕΤΕΡΑ, σοὶ πιστεύσας ἀνδρὶ φίλῳ. Cæterum haud aliter lusit Dionysius in Epigrammate apud Stratonem; quod hic emendatum exhibebimus: nam quod vulgo legitur ineptum est.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ.

Εἰ μὲν ἐμὲ στέρξαις, εἴης ἰσόμοιρος, Ἄρατε,
    Χίῳ, καὶ Χίου πουλὺ μελιχρότερος.
Εἰ δ' ἕτερον κρίναις ἐμέθεν πλέον, ἀμφί γε βαίη
    Κώνωψ, ὀξηρῷ ΦΥΟΜΕΝΟΣ κεράμῳ.

Ita legendum. *Aratus* est nomen pueri, quem amabat Dionysius. Recte autem, ὀξηρῷ φυόμενος

νος

νες κεράμῳ. Quod intelligendum de *culicibus*, qui aceto gignuntur: de quo Ariſtot. Animal. v. 19. Οἱ δὲ κώνωπες ἐκ σκωλήκων οἳ γίγνονται ἐκ τῆς περὶ τὸ ὄξος ἰλυός. Atque hæc hactenus. PARS V.

ΑΞΙΟΥΜΕΝΟΥ. Τυγχάνοντος ἀνδρὸς τὰ πρῶτα παρ' αὐτοῖς ἀξιϐμένϐ.] Locus hic mutilus eſt atque ita reſtituendus: Ἀξιϐμένϐ. Ἀξίϐ τυγχάνοντος. Ἀνδρὸς ἐς τὰ πρῶτα παρ' αὐτοῖς ἀξιϐμένϐ. Deſumptum autem eſt hoc fragmentum ex Dione in Excerpt. Legat. Hœſchelii, p. 374. ubi legitur, ἀξιϐμένων. Sed Suidæ lectio verior atque elegantior eſt.

ΑΠΕΤΙΣΕΝ. Ἀπέδωκεν.

Μοσχίῳ δ' ἀπέτισεν ὁ θὴρ ἀνθ' αἵματος αἷμα
Βληθεὶς ———]

Feſtive Interpres; *Fera novello germine percuſſa ſanguinem pro ſanguine reddidit*. Eſt autem hic locus pars Epigrammatis apud Anthol. lib. vi. p. 562. quod hic integrum et emendatum apponam: nam quod vulgo legitur mutilum et corruptum eſt.

Πυρσϐ̃ τϐ̃το λέοντος ἀπεφλοιώσατο δέρμα
Σῶσος ὁ βϐπαλίων δορὶ φονευσάμενος.
Ἄρτι καταβρύκοντα τὸν εὐθηλήμονα μόσχον,
Οὐδ' ἵκετ' ἐκ μάνδρας αὖθις ἐπὶ ξυλόχϐς.
ΜΟΣΧΕΙΟΥ δ' ἀπέτισεν ὁ θὴρ ἀνθ' αἵματος αἷμα
Βληθεὶς, ἀχθεινὰν δ' εἶδε βοοκτασίαν.

 Ita

PARS V. Ita scribendum istud Epigramma. Confer Nostrum v. Ἀχθεινή. v. Βρύκοντα. v. Εὐθηλήμονα. et v. Ξύλοχος. ubi hoc Carmen ad partes vocatur. Recte autem Suidas, ἀχθεινὰν δ' εἶδε βοοκτασίαν. Addæus in Epigrammate,

—— Λιπαρὰν δ' ΕΙΔΕ γεωμορίαν.

ΑΠΕΦΡΥΓΟΝΤΟ. Οἱ δὲ ὑφ' ἡδονῆς ἀπεφρύγοντο, πρός τε τὸ μέλος καὶ τὴν συνθήκην, κακῶς ἑαυτοὺς ἐπιτρίβοντες, φληνάφους διαπλέκοντες καὶ ἀποπεραίνοντες, ὑφ' ἡδονῆς ἀπεφρύγοντο.] Hic duo fragmenta in unum conflata esse video, quæ ita non male distinxeris: Οἱ δὲ ὑφ' ἡδονῆς ἀπεφρύγοντο πρός τε τὸ μέλος καὶ τὴν συνθήκην, κακῶς ἑαυτοὺς ἐπιτρίβοντες. — Παιδαρίων δὲ καὶ γυναικῶν φληνάφους διαπλέκοντες καὶ ἀποπεραίνοντες ὑφ' ἡδονῆς ἀπεφρύγοντο. Confer Suidam v. Ἀποπεραίνοντες, unde posteriorem hunc locum nonnihil ampliavimus. Cæterum notandum illud, πρός τε τὸ μέλος καὶ τὴν συνθήκην. *Tum verbis, tum numeris delectabantur.* Notum illud Virgilii,

—— *Numeros memini, si verba tenerem.*

ΑΠΗΛΓΗΣΑΝ. Ὁ δὴ δῆμος ἅπαξ ἀπήλγησαν τὸ πάθος εὐθὺς, καὶ ξὺν οἰμωγῇ ἀνέκραγον οὐράνιον ὅσον.] Scribendum, ὁ δὲ δῆμος ἅπας. Quomodo recte legitur apud Procop. Arcan. Hist. p. 73. ex quo hoc fragmentum decerpsit Suidas.* Confer

* Æschines Περὶ Παραπρεσϐ. p. 243. Edit. Taylor. Καὶ ὁ ΔΗΜΟΣ ΑΠΑΣ ὁμογνωμονῶν ἐχειροτόνησεν.

etiam

etiam Nostrum infra v. Οὐράνιόν γ' ὅσον. Quæ locutio notanda. Aristoph. Ran. 791.

A. Μὰ Δί' ἀλλ' ὁ ΔΗΜΟΣ ΑΝΕΒΟΑ κρίσιν ποιεῖν,
Ὁπότερος εἴη τὴν τέχνην σοφώτερος.
Ξ. Ὁ τῶν πανούργων; A. Νὴ Δί' ΟΥΡΑΝΙΟΝ Γ'
ΟΣΟΝ.

Ad quem locum manifesto respexit Procopius.

ΑΠΙΑ. Εἶδος ὀπώρας. Ἀπίους εἴρηκε Πλάτων ἐν Νόμοις. Ἔστι καὶ παρ' Ἀλέξιδι, καὶ ἐν Ἀγρίοις Φερεκράτους·

Πρὶν ἀνακυκῆσαι τοὺς ἀπίους ἁρπάζετε.]

Hæc sunt verba Scholiastæ ad Aristoph. Eccles. 355. ubi legitur, τοὺς ἀπίους ἁρπαζέτω. Pherecrates apud Athenæum lib. xiv. p. 645.

—— Ταῦτ' ἔχων
Ἐν ταῖς ὁδοῖς ἁρπαζέτω τὰς ἐγχρίδας.

Confer nos in Appendic. ad Theocrit. p. 16.

ΑΠΕΡΡΑΠΙΣΕΝ. Ἀπεφίμωσεν. Ἀπεστόμισεν.] "Non solum vox ipsa Ἀπερράπισεν, sed etiam "significatio, quam Suidas ei tribuit, est in-"solens, et quam apud nullum alium Lexico-"graphorum reperio." *Kuster*. Scribendum, Ἀπέρραψεν. Æschines Περὶ Παραπρεσβείας. p. 246. Edit. Taylor. Τοιαῦτα ἐρεῖν ἔφη, ὥστε ΑΠΟΡΡΑΨΕΙΝ τὸ Φιλίππου στόμα ὁλοσχοίνῳ ἀβρόχῳ. *Se nullo negotio os Philippi obturaturum dicebat.* Ita vertendus est iste locus: quod et recte anim-

 advertit

PARS V. advertit Henricus Stephanus. Nos Angli; *With a dry finger.* Quod tantundem est.

ΑΠΕΡΡΙΨΕΝ. Ἐφλυάρησεν. Ὁ δὲ ϛωμύλος ὢν ϗ ὑψαγόρας ἀπέῤῥιψε ῥήματα ὑπερήφανά πως καὶ θρασύτερα.] Hæc sunt verba Menandri in Excerptis Hœschelii, p. 79.

ΑΠΟΔΥΝΤΕΣ. Ἀντὶ τοῦ, Ἀποδυσάμενοι. Ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν, οἱ ἀποδύοντα τὴν ἔξωθεν ϛολὴν ἵνα εὐτόνως χορεύσωσιν. Ἀριϛοφάνης· Ἀλλ' ἀποδύντες τοῖς ἀναπαίϛοις ἐπίωμεν.] Locus Comici, ad quem respexit Suidas, hodie non exstat. Verba autem Suidæ, sive Scholiastæ, corrupta sunt: quod vidit Kusterus, sed medelam non invenit. Scribendum sine controversia: ἵνα εὐτόνως ΑΘΛΕΥΣΩΣΙΝ. *Ut strenue luctentur.* Error ortus ex affinitate literarum. Hinc corruptus Hesychius: Σίφων. Τὸ πυρὸς οἱ καδίσκοι, ϗ οἷς οἱ κάπηλοι τὸν οἶνον χρῶνται. Scribendum, οἶνον ΑΡΥΟΝΤΑΙ.* Idem mendum in Herodoto lib. ii. p. 152. quod notavit Cl. Valckenarius. Recte autem Suidas, οἱ ἀποδύοντα τὴν ἔξωθεν ϛολήν. Aristoph. Thesmoph. 221.

ΑΠΟΔΥΘΙ τουτὶ θοιμάτιον——

Quæ locutio restituenda Archippo Comico, apud Athenæum lib. xv. p. 678.

---

* Schol. ad Aristoph. Nub. v. 272. Ἀπὸ τῶν ποταμῶν δὲ ΑΡΥΟΝΤΑΙ ὕδωρ εἰς χρῆσιν.

Ἀθῶος

PARS V.

'Αθῷος ΑΠΟΔΥΣ ΘΟΙΜΑΤΙΟΝ ἀπέρχεται Στέφανον ἔχων τῶν ἐκκυλίστων οἴκαδε.

Ita ſcribendus iſte locus. Vulgo legitur, ἀποδούς. Pari modo corruptus eſt Libanius Epiſt. 647. Ἐλπίζω δὲ, ὅτι καὶ διὰ τοῦ παιδὸς πολλοὺς ἡμῖν ἐλέγξεις ῥήτορας, οὕτως ὀξὺ βλέποντος καὶ ῥέοντος, ὥς' ᾠήθην δεῖν εὐθὺς ΑΠΟΔΥΝΤΑ ΠΑΛΑΙΕΙΝ, ἵνα μὴ παρελθόντα καιρὸν ζητῶμεν. Vulgo male legitur, ἀποδόντα. Huc facit Xenoph. Cyri Exped. lib. iv. Χειρίσοφος ἐστεφανωμένος καὶ ΑΠΟΔΥΣ ἐλάμβανε τὰ ὅπλα. Eleganter Menander, Hiſtoricus, apud Suidam: Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παλαίστραις ΕΝΑΠΕΔΥΟΜΗΝ, καὶ ἐς τοσοῦτον ἐξώκειλα ἀφροσύνης, ὡς καὶ ΤΗΝ ΦΑΙΝΟΛΗΝ ΑΠΟΔΥΣΑΣΘΑΙ, ΣΥΝΑΠΟΔΥΣΑΣΘΑΙ δὲ αὐτῷ καὶ τὸ νουνεχὲς, καὶ ἄλλο ὅ,τι ἐς βίον ἀγλάϊσμα.*

ΑΠΟΦΕΡΕΙΝ. Ἀποδιδόναι. Ἀριστοφάνης· Καὶ ταῦτ' ἀποφέρειν πάντα κ' οὐκ ἀποστερεῖν τὰ δεδανεισμένα.] Locus Ariſtophanis legitur in Eccleſ. p. 449. Sed τὰ δεδανεισμένα ſunt verba Scholiaſtæ, ſive noſtri Suidæ, interpretamenti loco addita. Quod Lexicographo noſtro ſolenne eſt.

ΑΠΟΥΣΙΑΣΕΙ. Ὁ δὲ εἰς τὴν αὐτοῦ θυγατέρα ἀ-

* Athenæus lib. i. 12. p. 15. Ἐσφαίριζε δ' οὐκ ἀηδῶς καὶ Κτησίφων ὁ Χαλκιδεὺς φιλόσοφος, καὶ πολλοὶ διὰ τὴν σφαιρικὴν αὐτῷ ΣΥΝΑΠΕΔΥΟΝΤΟ τῶν Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως φίλων. Ad quem locum vide magnum Caſaubonum.

 πουσιάσει.

PARS V. πϐσιάσει. Τῆς ϐσίας μέρος δώσει.] Hæc ex Artemidoro Oneirocrit. i. 81. defcripta funt: quod et Cl. Alberto notatum video. Verba autem Ἀπϐσία et Ἀπϐσιάζειν nunc honefto, nunc inhonefto fenfu ufurpantur: quod vel ex Artemidoro conftat. Atque hinc intelligendus Plutarchus de Ifid. et Ofir. p. 84. Καὶ γὰρ Ἕλληνες τὴν τϐ σπέρματος πρόεσιν, ΑΠΟΥΣΙΑΝ καλϐσι, καὶ συνϐσίαν τὴν μίξιν. Ad quem locum infigniter lapfus eft Cl. Reifkius.

ΑΠΡΑΓΜΩΝ. Ἐπιεικὴς, μέτριος τϐς τρόπϐς, οἷον ϐ φιλόνεικος ἢ φιλοπράγμων.] Hæc funt verba Scholiaftæ ad Ariftoph. Equit. 261.

ΑΡΑ γε τϐτ' ἄρ' ἐγὼ πότ' ἐπόψομαι; ἀντὶ τϐ, εὐδαιμονήσω.] Scribe, ποτ' ὄψομαι; Quomodo recte legitur apud Ariftoph. Nub. 465. unde hunc locum defumpfit Suidas.

ΑΡΓΙΛΛΩΔΗΣ γῆ. Ἡ λευκὴ καὶ καθαρά.

Ἀκρίδα Δημοκρίτϐ μελεσίπτερον ἅδε θανϐσαν
Ἄργιλλος δολιχὰν ἀμφὶ κέλευθον ἔχει.]

Hoc diftichon eft pars Epigrammatis Mnafalcæ, quod exftat apud Reifk. in Anthol. Cephalæ, p. 75. Atque hinc corrigendus Agathias in Anthol. lib. iii. p. 328.

Ἕρπων εἰς Ἐφύρην τάφον ἔδρακον ἀμφικέλευθον
Λαΐδος ἀρχαίης, ὡς τὸ χάραγμα λέγει.

Scriben-

Scribendum, ἀμφὶ κέλευθον. Uterque ſecutus eſt Homerum Iliad. N. 335. PARS V.

——Πλείςη Κόνις ΑΜΦΙ ΚΕΛΕΥΘΟΥΣ.

ΑΡΓΙΝΟΕΝΤΟΣ. Λευκȣ̃.

Πηγαὶ δ' ἀργινόεντος ἀναθλίβοιντο γάλακτος.]

Hexameter iſte eſt pars Epigrammatis, quod Antipatro tribuitur, apud Anthol. lib. iii. p. 399.

ΑΡΑΙΗΝ ΧΕΙΡΑ. Τὴν ἀσθενῆ.] Reſpexit ad Homeri Iliad. H. 425.

Πρὸς χρυσέῃ περόνῃ καταμύξατο ΧΕΙΡΑ ΑΡΑΙΗΝ.

Ubi Schol. Ἀραιήν. Ἀσθενῆ. Huc referendus etiam Nicias in Epigram. Anthol. lib. iii. p. 381.

ΧΕΙΡΑ γὰρ εἰς ΑΡΑΙΗΝ παιδὸς πέσον, ὅς με λαθραίως
Μάρψεν ἐπὶ χλοερῶν ἑζόμενον πετάλων.

Cæterum aliud eſt ἀραιὸς, aliud ἀραῖος. de quo Dan. Heinſius ad Theocrit. xii. 24. Suidas: Ἀραῖος. Ἀρᾷ ὑποκείμενος. Quæ vox reſtituenda Platoni Comico apud Athenæum, lib. xiv. p. 657. Δέλφακα δὲ ἀρσενικῶς εἴρηκε Πλάτων ἐν Ποιητῇ, Δέλφακα δεραιότατον. Ubi ineptiſſime Interpres; *Cervicis maxime prolixæ*. Sed Comici locus corruptus eſt atque ita emendandus,

Δέλφακα δ' ἀραιότατον ——

Porcum

PARS V. *Porcum ſacrum* ſive *diris devotum.* Optime Suidas noſter v. Δέλφακας. Δέλφακος ἄῤῥενος λίθῳ τὴν κεφαλὴν παίοντες ΑΡΩΝΤΑΙ. Atque hinc neſcio an ἱερὰν δέλφακα vocat Theopompus Comicus apud Athenæum p. 657.

Καὶ τὴν ἱερὰν σφάτλεσιν ἡμῖν δέλφακα.

Ita ſcribendus iſte locus. Poteris etiam reddere, Δέλφακα ἀραιότατον. *Porcum valde macrum. A very poor pig.* Heſych. Ἀραιὴν γαστέρα. Τὰ λεπτὰ ἔντερα. Ita legendum. Reſpexit Heſychius, quod nemo vidit, ad Nicand. Theriac. 133.

——διὰ μήτρος ΑΡΑΙΗΝ
ΓΑΣΤΕΡ᾽ ἀναβρώσαντες ἀμήτορες ἐξεγένοντο.*

ΑΣΤΥΡΟΝ. Πόλιν.

——Ὅς᾽ ὤκισο ἐς ἄστυρον ἀγγελιώτης.

Καλλίμαχος.] "Bentleius ex conjectura, "ὤκιστος. quam correctionem ignoravit Kuſte-"rus, qui etiam in contextum Suidæ recipere "debebat." *Erneſtus.* Fallitur vir doctiſſimus. Bentleii conjectura minus neceſſaria eſt. Callimachus in Pall. Lavac. 40.

——φυγᾷ τεὸν ἱρὸν ἄγαλμα
Ὤιχετ᾽ ἔχων, Κρεῖον δ᾽ ΕΙΣ ΟΡΟΣ ΩιΚΙΣΑΤΟ.

---

* Oppian. ἐν Ἁλιευτ. lib. i. v. 480.

——ἐν ψαμάθοισιν ἀποθλίβουσιν ΑΡΑΙΑΣ
ΓΑΣΤΕΡΑΣ ——

Ubi

Ubi non male Interpres; *In Crium montem commigravit.* Quare nihil temere mutandum apud Suidam. Et notanda locutio, quæ ſane exquiſitior eſt, et viris doctiſſimis parum perſpecta.* PARS V.

ATIMOTEPON. Εἰν ἀΐδᾳ γὰρ μένων Θερσίτης ἐδὲν ἀτιμότερος.] Hoc fragmentum eſt pars Epigrammatis, quod legitur apud Reiſk. in Anthol. Cephalæ, p. 165.

ΘΕΑΙΤΗΤΟΥ.

Τὰν γνώμαν ἐδόκει Φιλεάς ἐ δεύτερος ἄλλων
Εἶμεν, ὁ δὲ φθονερὸς κλαιέτω ἕς κε θάνῃ.
Ἀλλ' ἔμπας δόξας κενεὰ χάρις, ἐν ἀΐδᾳ γὰρ
ΜΙΝΩ Θερσίτας ἐδὲν ἀτιμότερος.

Hinc Suidas emendandus eſt. Confer etiam Cl. Hemſterhuſ. ad Lucian. i. p. 433. ubi de hoc Epigrammate agit.

ATΛHTΩι. Ἀνυπομονήτῳ.

Παίγνιον ἀτλήτε θηρὸς ἔχεσα κάρη.]

Pentameter iſte eſt pars Epigrammatis, quod exſtat Anthol. lib. vi. p. 552. Huc facit Schol. ad Homer. Iliad. I. 3. Ἀτλήτῳ. Ἀνυπομονήτῳ. Atque ad hunc locum reſpexit Suidas.

* Legendum tamen cum ι ſubſcripto ῼΚΙΣΤΟ.

PARS V.

ΑΥ ΕΡΥΣΑΙ. Εἰς τȣ̓πίσω ἑλκύσαι.

Ἀπρὶξ δραξαμένη βόστρυχον αὖ ἐρύσαι.

Pentameter iſte eſt pars Epigrammatis, quod legitur in Anthol. Cephalæ, Miſcell. Lipſ. vol. ix. p. 662.

ΑΥΛΟΣ. Τὸ φωνητικὸν ὄργανον. Καὶ περόνης μέτρον.] Hæc deſcripſit Suidas ex Etymologo v. Αὐλός. Reſpexit autem uterque ad Homer. Odyſſ. T. 227.

——Αὐτάρ οἱ ΠΕΡΟΝΗ χρυσοῖο τέτυκτο
ΑΥΛΟΙΣΙ διδύμοισι· πάροιθε δὲ δαίδαλον ἦεν.

Ad quem locum conſulendus Scholiaſtes. Atque hinc facile emendari poterit Etymologus, qui in hoc loco Poetæ inquinatiſſimus eſt.

ΑΥΤΟΥΡΓΗΤΟΝ. Αὐτοφυές. Ἐν Ἐπιγράμματι·

—— καὶ αὐτȣ́ργητον ἐρείκης
Βάθρον ——

Hæc partem faciunt Epigrammatis, quod legitur Anthol. lib. vi. p. 549. Inepte autem vertit Interpres; *Et ſua ſponte nata ericæ radix.* Confer nos in Epiſt. Crit. p. 423. ubi Carmen integrum exhibuimus.

ΑΦΑΥΑΝΘΗΣΟΜΑΙ. Ξηρανθήσομαι.] Ariſtoph. Eccleſ. 146.

Δίψει γȣ̃ν, ὡς ἔοικεν, ἀφαυανθήσομαι.

Ad hunc locum reſpexit Suidas. Verbum uſurpat Ariſtophanes Ran. 1121.

PARS V.

—— ὥς' ἐπαφαυάνθην
Παναθηναίοισι γελῶν ——

Atque hinc explicandus Athenæus lib. vii. p. 290. Πρὸς τῶν θεῶν τὶ διαφέρειν ὗτος ὑμῖν δοκεῖ τῶν παρὰ Πινδάρῳ Κηληδόνων, αἳ καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς Σειρῆσι τὺς ἀκροωμένυς ἐποίυν ἐπιλανθανομένυς τῶν τροφῶν διὰ τὴν ἡδονὴν ἀφαναίνεσθαι; Qui locus illuſtris eſt. Confer magnum Animadverſorem ad Athenæum, et Cl. Kuſter. ad Ariſtoph. Theſmoph. 853. ubi de hac phraſi agit.*

ΑΦΕΛΕΙΑ. Καὶ Ἀφελής —— Καὶ τὰ ἐπιςόλια ἀφελῶς γράφειν.] Hæc ſunt verba Marci Antonini. i. 7. Leguntur etiam apud Schol. ad Ariſtoph. Equit. 524. unde deſcripſit Suidas.

ΑΧΕΩΝ. Μετοχή ἐςιν. Ἀντὶ τῦ, δυσφορῶν ἐπὶ τῷ κεκρύφθαι. Σοφοκλῆς· Κρυπτᾷ τ' ἀχέων ἐν ἥβᾳ. Ἀντὶ τῦ, ἐν ἥβῃ κρυπτῇ λυπύμενος. Sophocles in Electr. 159.

Οἷα Χρυσόθεμις
Ζώει, καὶ Ἰφιάνασσα,
Κρυπτᾷ τ' ἀχέων ἐν ἥβᾳ.

Ad quem locum videndus Scholiaſtes, cujus ſcrinia compilavit noſter Suidas.

ΑΧΘΕΙΝΗ. Λυπηρά. Ὀλεθρία.
—— Ἀχθεινὰν δ' εἶδε βοοκτασίαν.] Confer nos ſu-

* Athenæus lib. ix. 14. p. 401. Μὴ καὶ σὺ ζητῶν τὸν Σύαγρον ἀφαυανθῇς.

pra

pra ad v. Ἀπέτισεν. ubi integrum Epigramma dedimus, ex quo hoc fragmentum eſt decerptum.

ΑΧΟΣ. Λύπη σιωπὴν ἐπιφέρουσα. Λήγειε τοῦδ' ἄχους. Κακῶν γὰρ δυσάλωτος οὐδείς. Ἀντὶ τοῦ, δύσληπτος, ἀλλ' εὐάλωτος.] Hic locus depromptus eſt ex Sophoclis Oedip. Col. 1720. ubi ita legitur,

Λήγετον τοῦδ' ἄχους.
Κακῶν γὰρ οὔ-
τοι δυσάλωτος οὐδείς.

Ubi Schol. ἀντὶ τοῦ, οὐδεὶς δύσληπτος, ἀλλ' εὐάλωτος. Quomodo et apud Suidam ſcribendum eſt.

B.

ΒΙΝΕΙΝ. Τὸ συνουσιάζειν. Ἐν Ἐπιγράμματι.
Ἁδὺ τὸ βινεῖν ἐστι· τίς οὐ λέγει; ἀλλ' ὅταν αἰτῇ
Χαλκὸν, πικρότερον γίνεται ἐλλεβόρου.] Hoc diſtichon legitur in Anthol. inedita, et *Cillactori* ſive *Cilliactori* tribuitur. Exſtat et ſimilis luſus ejuſdem hominis apud Reiſk. Miſcell. Lipſ. p. 114. Ex duobus autem diſtichis unum tetraſtichon efficio.

ΚΙΛΛΙΑΚΤΟΡΟΣ.

Παρθενικὰ κούρα τὰ πλείονα κέρματα ποιεῖ
Οὐκ ἀπὸ τᾶς τέχνας ἀλλ' ἀπὸ τᾶς φύσιος.
Ἁδὺ τὸ βινεῖν ἐστι· τίς οὐ λέγει; ἀλλ' ὅταν αἰτῇ
Χαλκὸν, πικρότερον γίνεται ἐλλεβόρου.

BOYBΩN. Τὸ πάθος. Βϐῶν ἐπήρθη τῷ γέροντι. Εἴρηται ἀπὸ τοῦ ἐπαίρεσθαι καὶ μεγάλως βαίνειν εἰς οἴδημα.] Fragmentum illud Senarii, PARS V.

Βϐῶν ἐπήρθη τῷ γέροντι ——

desumptum est ex Menandri Georgo; ut nos docet Etymologus, cujus verba hic subjiciam: Βϐῶν λέγεται καὶ τὸ πάθος τὸ εἰς ὕψος βαῖνον, ἀπὸ τοῦ ἐπαίρεσθαι, καὶ μεγάλως βαίνειν εἰς οἴδημα. Ὅπερ τινές φασι βομϐῶνα, ὡς λέγει Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ Καθόλου. Μένανδρος ἐν τῷ Γεωργῷ. Οἷον,

Βϐῶν ἐπήρθη τῷ γέροντι ——

Hinc Suidas notulam suam deprompsit.*

ΒΡΑΔΥΣ. Ὁ μὴ ἀγχίνους. Κἀπιλήσμων καὶ βραδύς. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς τοῦ σώματος Κινήσεως παρείληπται νῦν, ἀλλὰ τὸ μὴ ἀγχίνουν Καὶ νωθὲς τῆς διανοίας θέλει δηλοῦν.] Hic locus descriptus est ex Schol. ad Aristoph. Nub. 129. ubi legitur, ἄνωθεν δὲ τὰ τῆς διανοίας. Sed Suidæ lectio verissima est. Quod miror Cl. Kusterum fugisse. Eleganter dicitur τὸ νωθὲς τῆς διανοίας. *Ingenii tarditatem.* Hesych. Νωθὴς, βραδὺς, ἀμϐλύς. Suidas: Νωθὴς, βραδύς. Νωθέστερος, βραδύτερος. Lex. Rhetor. MS. Μωλύτερον, τὸ ἀμϐλύτερον καὶ ΝΩΘΕΣΤΕΡΟΝ. Ita scribendus iste locus, de quo Cl. Ruhnkenius in Histor.

* Huc respexit Ælian. in Epist. p. 417. Καὶ θέρμη ἐπέλαϐεν αὐτὸν καὶ ΒΟΥΒΩΝ ΕΠΗΡΘΗ.

Orat.

PARS V. Orat. Græc. p. 85. Schol. ad Nicand. Theriac. 31. Μῶλυς δὲ, βραδὺς καὶ ΝΩΘΗΣ.*

ΒΡΥΚΟΝΤΑ. Τρώγοντα. Κατεσθίοντα.

Ἄρτι καταβρύκοντα τὸν εὐθηλήμονα μόσχον.]

Confer nos supra ad v. Ἀπέτισεν. ubi Epigramma, ex quo decerptus est hic versiculus, integrum exhibuimus.

Γ.

ΓΑΜΨΟΝ. Ἐπικαμπές.

Γαμψὰς πυρολόγους δρεπάνας ——]

Hoc fragmentum est pars Epigrammatis, quod exstat Anthol. lib. vi. p. 554.

ΓΕΡΑΙΟΣ. Ἔντιμος. Καὶ ὁ ῥυτίδων ἀνάπλεως.

——Οἷς ὁ γεραιὸς

Λαρότερον μαλακῶν ἔπνεεν ἐκ στομάτων.]

Scribendum, ἧς ὁ γεραιός. Ita enim recte legitur in Epigrammate Simonidis apud Anthol. lib. iii. p. 399. ex quo hunc locum decerpsit Suidas.

ΓΕΡΡΟΙΝ—Κῦρος περιελὼν τὰ πολλὰ τῶν πολεμίων, κατέλιπε μόνον τὸ συνὸν τοῖς στρατιώταις μαχαίρᾳ καὶ γέῤῥῳ καὶ θώρακι μάχεσθαι.] Hæc decerpsit Suidas

* Antisthenes in Orat. p. 183. Edit. Steph. Σὺ δὲ τὴν φύσιν ἀπεικάζων τοῖς τε ΝΩΘΕΣΙΝ ὄνοις καὶ βουσὶ τοῖς φόρβασιν, ἄλλοις τε καὶ ἔχουσι δεσμεύειν καὶ ζευγνῦναι αὐτούς. Ita scribendus iste locus.

ex

ex Xenoph. Inſtit. Cyri lib. ii. p. 42. quod et recte obſervavit Cl. Weſſelingius. Atque hinc Noſter non uno loco emendandus eſt. Quæ ſequuntur, Καὶ γεῤῥοφόροι ὁπλῖται ἐχόμενοι τούτων σὺν ποδήρεσι καὶ ξυλίναις ἀσπίσιν. Αἰγύπτιοι δὲ οὗτοι ἐλέγοντο, ſunt verba Xenophontis in Expedit. Cyri lib. i. p. 264. ubi res haud paulo melius adminiſtrata eſt.

ΓΗΤΕΙΑ. Εἶδος βολάνης παρεοικὸς πράσῳ.] Hæc ſunt verba Scholiaſtæ ad Ariſtophanis Veſp. 494.

ΓΝΩΜΑΤΕΥΩ. Βουλεύομαι. Ἕτερα διαλεγόμενοι, ἕτερα γνωματεύουσι.] Hæc ſunt verba Menandri in Excerptis Hœſchelii, p. 80.

ΓΝΩΣΙΜΑΧΗΣΑΙ. Ἀντὶ τοῦ, Μεταvoῆσαι. Οὐκοῦν οἱ πλεῖστοι ἐγνωσιμάχουν, καὶ μετεβάλλοντο.] Scribendum, ἀναφρονήσαντες ἐγνωσιμάχουν. Quomodo recte legitur hic locus ſupra v. Ἀναφρονήσαντες.

ΓΟΡΓΟΣ. Ὁ Μεσσήνιος. Πλεῖστον μὲν ἀπέχειν δοκῶν τῆς τοῖς ἀθλήταις παρεπομένης ἀγωνίας, πρακτικώτατος δὲ καὶ νουνεχέστατος εἶναι νομιζόμενος περὶ τὴν πολιτείαν.] Hæc ſunt verba Polybii in Excerptis Valeſii; quod et recte obſervavit Kuſterus. Sed locus nonnihil corruptus eſt. Scribendum, τῆς τοῖς ἀθλήταις παρεπομένης ΑΝΑΓΩΓΙΑΣ. Quæ vox ſignificantiſſima eſt. Gloſſæ Vet. Ἀναγωγία,

PARS V. γία. *Imperitia. Rusticitas. Petulantia.* Suidas: Ἀνάγωγος. Ὁ μὴ τυχὼν τῆς δεούσης ἀγωγῆς. Idem: Ἀναγωγία. Ὁ δὲ δι' ΑΝΑΓΩΓΙΑΝ ταῦτα ἔπασχε. τουτέστιν, ἀπαιδευσίαν. Demet. Phaler. Περὶ Ἑρμηνείας § 173. Ἡ γὰρ ἀντίθεσις ἡ περὶ τὰ ὀνόματα ἐμφαίνει τινὰ ψυχρότητα ἤθους καὶ ΑΝΑΓΩΓΙΑΝ.

Δ.

ΔΑΙΟΝ ΤΕΡΑΣ. Πολεμικόν.] Respexit ad Euripidis Phœniss. 1030.

Μιξοπάρθενος ΔΑΙΟΝ ΤΕΡΑΣ.

Quod et recte adnotavit vir doctus ad Hesychium. Cæterum corrigendum hac occasione Lexicon ineditum in Bibl. Coisl. p. 232. ΔΑΙΑΝ ὁδόν. Ἀγωνιστικὴν καὶ ἔμπειρον, ἀπὸ τοῦ, δαῆναι, ὅ ἐστι μαθεῖν. Ἢ ἀντιφιλόνεικον. Legendum, ἢ ἀντὶ τοῦ φιλόνεικον. Quomodo recte legitur apud Schol. ad Aristoph. Ran. 925. unde hic locus depromptus est.

ΔΕΛΕΑΖΟΝΤΕΣ. Ἐπικρύπτοντες. Οἱ δὲ Σκυθοπολῖται δύο ἡμέρας ἠρέμησαν, τὴν πίστιν αὐτῶν δελεάζοντες· τῇ δὲ τρίτῃ νυκτὶ παραφυλάξαντες κοιμώμενον ἀνεῖλον.] Hæc descripsit Suidas ex Josepho Bell. Jud. lib. ii. p. 198. ubi recte legitur, κοιμωμένους ἀνεῖλον. Quomodo et apud Suidam scribendum est.*

---

* Locum, ex quo hæc desumpta sunt, notavit et Cl. Kuster. in Addendis in Suidam p. 717.

ΔΕΙΡΑΧΘΕΣ. Τὸ τὴν δειρὴν ἀλγύνον. Δειραχθὲς εὔβροχον ἅμμα πέλειναν.] Fragmentum hoc eſt pars Epigrammatis apud Anthol. lib. vi. p. 566. quod et recte obſervavit Kuſterus. Sed vereor equidem ne vox Δειραχθὲς, quæ utrobique legitur, mendoſa ſit et parum ſana. Scribendum proculdubio, Δειραγχές. Suidas ſupra, ΔΕΡΑΓΧΕΑΣ πάγας. Τὰς τὴν δέρην ἀγχούσας. Ariſtodicus in Epigrammate apud Reiſk. in Anthol. Cephalæ, p. 138. PARS V.

ΑΡΙΣΤΟΔΙΚΟΥ.

Δαμὼ καὶ Μάθυμνα τὸν ἐν τριετηρίσιν Ἥρας
Εὔφρονα λυσαῖαν ὡς ἐπύθοντο νέκυν,
Ζωὰν ἀρνήσαντο, τανυπλέκτων δ᾽ ἀπὸ μιτρᾶν
Χερσὶν ΔΕΙΡΑΓΧΕΙΣ ἐκρεμάσαντο βρόχους.

Ita ſcribendum iſtud Epigramma ex Cod. MS. quem mecum communicavit Cl. Muſgravius. Feſtive autem illud, Εὔφρονα λυσαῖαν· quod minus ceperunt Interpretes. Sed hujuſmodi elegantiæ lectorem attentum deſiderant. Idem autem Λυσαίης et Λυσαίηρ, ut Φυσήτης et Φυσητήρ. Quod diligenter notabunt Lexicographi.

ΔΗΕΙΣ. Εὑρήσεις. Ἐν Ἐπιγράμματι· Γραψάμενος δήεις.] Hoc fragmentum eſt pars Epigrammatis, quod legitur in Anthologia Cephalæ, de quo nos in Epiſt. Crit. p. 511. Verbum autem Δήεις, quod elegans et Homericum eſt,

 agnoſcunt

PARS V. agnoſcunt omnes MSS. quibuſcum facit noſter Suidas. Cæterum hoc Carmen, quod Dioſcoridis eſt, ita legebat et diſtinguebat vir doctiſſimus.

ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Σῆμά τοι οὐχὶ μάταιον ἐπ' ἀσπίδι παῖς ὁ Πολύγνου
Ἄλλις ἀπὸ Κρήτας θοῦρος ἀνὴρ ἔθετο,
Γοργόνα τὰν λιθόεργον ὁμοῦ καὶ τρίπλοα γῦα
Γραψάμενος. ΔΗΙΟΙΣ τοῦτο δ' ἔοικε λέγειν,
Ἀσπίδος ὦ κατ' ἐμᾶς πάλλων δόρυ, μὴ κατίδῃς με,
Ἢ φεῦγε τρισσοῖς τὸν ταχὺν ἄνδρα ποσίν.

Hoc planum et perſpicuum. In verſu autem tertio legebat MS. Pariſ. τρίπλοα γένεα. Quod haud ſpernendum eſt.*

ΔΗΡΙΝ. Μάχην. Ἐν Ἐπιγράμματι·
Μέλλον ἄρα στυγερὰν κἠγώ ποτε δῆριν Ἄρηϊ
Ἐκπρολιποῦσα χορῶν παρθενίων ἀΐειν.]

Hoc diſtichon eſt pars Epigrammatis, quod legitur apud Reiſk. Anthol. Cephalæ p. 11. Simile quod occurrit p. 19. quod hic apponam.

ΗΓΗΣΙΠΠΟΥ.

Δέξαι μ', Ἡράκλεις, Ἀρχεστράτου ἱερὸν ὅπλον,
Ὄφρα παρὰ ξεστὰν παστάδα κεκλιμένα
Γηραλέα τελέθοιμι χορῶν ἀΐουσα καὶ ὕμνων.
Ἀρκείτω στυγερὰ ΔΗΡΙΣ Ἐνυαλίου.

* Confer Ariſtoph. Acharn. v. 573. et Schol. in locum.

ΔΙΑ-

ΔΙΑΒΑΛΛΕΤΑΙ. Χρῶνται ἐπὶ τȣ͂ ἐξαπατᾷν. Ἄρχιππ⊙· PARS V.

Τὸν γὰρ γέροντα διαβαλȣ͂μεν τήμερον.]

Scribendum, διαβαλȣ͂μαι. *To chouse.* Quomodo recte legitur apud Schol. ad Ariſtoph. Aves 1647. unde hæc verba deprompſit Suidas. Confer Jac. Gronov. Emend. in Suidam p. 105. ubi de hoc loco agit.

ΔΙΑΛΑΒΩΝ. Προκατασχών. Ὁ δὲ διαλαβὼν τὰς ὁδȣ̀ς φυλακαῖς.] Polybius i. 18. Τὰ δὲ μεταξὺ τῶν τάφρων ϗ τ͂ ϛρατοπέδων διαϛήματα ΦΥΛΑΚΑΙΣ ΔΙΕΛΑΒΟΝ. Ad hunc locum vel reſpexit vel non reſpexit Suidas.

ΔΙΑΛΥΩ. Πνεῦμα μέν ἐϛιν, ἀλλὰ διαλύων ὄρη.] Scribe, διαλύον. Græcus Interpres, 1 Reg. xix. 11. Καὶ πνεῦμα μέγα κραταιὸν ΔΙΑΛΥΟΝ ΟΡΗ. *A wind that rendeth the mountains.* Ad hunc locum manifeſto reſpexit Suidas.

ΔΙΑΡΜΑ — Καὶ διὰ τȣ͂το ἦν ἀδηλότης ϗ συνέχεια τῆς ἐπιφύσεως.] Kuſterus ex MSS. Par. τῆς ἐπιφάσεώς. Sed neutrum rectum. Scribendum proculdubio, τῆς ΕΠΙΦΑΥΣΕΩΣ. Etymol. Φαύω, τὸ λάμπω. Ut a φάω φάσις, ſic a φαύω φαῦσις. Hinc Polybius, ϗ συνέχεια τῆς ἐπιφαύσεως. *Continuæ faces.* Τȣ̀ς συνεχεῖς πυρσȣ̀ς vocat Dionyſius Halicarn. Antiq. Rom. lib. ix.

D 2 p. 557.

PARS V. p. 557. Πυρσοί τε ΣΥΝΕΧΕΙΣ, οἷα δὴ ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ. Quod Polybianis haud abſimile eſt.

ΔΙΑΡΤΑΝ. Κυρίως ἐπὶ τοῦ διαίρειν.] Scribe, διαιρεῖν. Heſych. Διαρ]ᾷ, διαργεῖ. Scribendum ſine dubio, διαιρεῖ. Plutarchus in Timol. p. 248. ΔΙΑΡΤΩΝΤΟΣ ὁδὸν ἡμερῶν ὀκ]ὼ τὴν δύναμιν ἀπὸ τῶν Συρακουσῶν. *Exercitum a Syracuſis octo dierum itinere divellentis.*

ΔΙΑΙΡΩΝ. Αἰτια]ικῇ. Ἀναπ]ύσσων, δοκιμάζων, καὶ διακρίνων τὰ πράγματα, καὶ οἷον διαίρεσιν αὐτῶν ποιῶν.] Hæc ſunt verba Scholiaſtæ ad Ariſtoph. Nub. 740. Atque hic obiter caſtigandus alter Scholiaſtes: Διαιρῶν. Ὡς ἐπὶ τῶν μιμῶν ἐχρήσατο. Ὡσεὶ ἔλεγε κα]ὰ κεφάλαιον ἐκζητῶν. Vox μίμων nullum locum hic habet. Scribendum, ὡς ἐπὶ τῶν νομισμάτων. nam de *nummis* ſive *uſuris* hic agitur. Schol. ad Ariſtoph. Ran. 78. Τὸ δὲ κωδωνίσω τινὲς μὲν ἀπὸ τῶν ἀγγείων τῶν σαθρῶν· ἐπεὶ οὕτω ΔΟΚΙΜΑΖΟΥΣΙ διακρίνον]ες· τινὲς δὲ ἐκ με]αφορᾶς ΤΩΝ ΝΟΜΙΣΜΑΤΩΝ.

ΔΙΕΣΘΑΙ. Ἀν]ὶ τοῦ, διώκειν.

Αἶψα δ' ἐρυσάμενος μέγα φάσγανον ὦρ]ο δίεσθαι.]

Scribe, ἐρυσσάμενος. Quomodo recte legitur apud Apollon. Rhod. i. 1250. unde hunc verſiculum deprompſit Suidas. Homer. Odyſſ. K. 126.

Τόφρα δ' ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ΕΡΥΣΣΑΜΕΝΟΣ παρὰ μηροῦ.

Theocritus

Theocritus xxii. 191. PARS V.

Τὼ δ' ἄορ' ἐκ κολεοῖιν ΕΡΥΣΣΑΜΕΝΩ φόνον αὖτις
Τεῦχον ἐπ' ἀλλάλοισι ——

Cæterum apud Apollonium legitur, ὦρτο νέεσθαι. Sed Suidæ lectionem agnoſcit Etymologus v. Δίεσθαι.

ΔΙΠΟΔΙΑ. Εἶδος ὀρχήσεως.] Schol. ad Ariſtoph. Lyſiſt. 1245. Εἶδος ὀρχήσεως ἡ διποδία, ἧς μέμνηται καὶ Κρατῖνος ἐν Πλούτοις. Hinc notulam ſuam deſumpſit Suidas. Cæterum Cratinus ἐν Πλούτοις ſæpius laudatur Athenæo. Laudatur et Stobæo, p. 821.

Αὐτόματα τοῖσι θεὸς ἀνοίγει τἀγαθά.

MS. apud Grotium, ἀνίεται. Legendum,

Αὐτόματα τοῖς θεοῖς ἀνεῖται τἀγαθά.
Diis ſpontanea naſcuntur bona.

PARS V.



integris fuit, pedibus autem minus valebat. Hinc Podalirius dictus. Confer Hesych. v. Λειρός.* Dicitur autem Νεῦθη ἐς ἦω, ut Theocrito xviii. 55.

Νεύμεθα κἄμμες ἐς ὄρθρον ——

Ad quem locum respexisse videtur Antipater. Est autem Meriones nomen nequam, et Epigrammatographis celeberrimum. Atque hinc corrigendus nescio quis in Epigrammate apud Stratonem, quod viros doctissimos penitus elusit.

Οἷον ἐπὶ Τροίην ποτ' ἀπὸ Κρήτης, Θεόδωρε,
'Ιδομενεὺς θεράποντ' ἤγαγε Μηριόνην,
Τοῖον ἐγώ σε φίλον περιδέξιον· ἦ γὰρ ἐκεῖνος
Ἄλλα μὲν ἦν θεράπων, ἄλλα δ' ἑταιρόσυνος.
Καί συ τὰ μὲν βιότοιο πανήμερος ἔργα τελεῖς μοι,
Νῦν δ' ἄγε πίνωμεν, κὴ διαμηρίσομεν.

Ita omnino scribendum istud Epigramma. Vulgo inepte legitur, κὴ διὰ Μηριόνην. Verbum Διαμηρίζειν in obscœnis est: de quo Suidas, Hesychius, Aristophanes, alii. Rem egregie expressit Catullus,

Bibamus, mea Lesbia, atque amemus.

NEOIH. Θράσος νεότητος. Προπέτεια. Νέοις μὲν ἔργα, βελας δὲ γεραιτέροις.] Vox Νεοίη referenda est ad Homer. Iliad. Ψ. 604.

---

* Ut *Eupalamus* παλαλείριος, sic *Achilles* πόδας ὠκύς. Hinc Epigrammatis acumen.

—— νόον

——νόον νίκησε νεοίη.

Ubi Schol. Νεοίη, νεότης. Quæ ſequuntur, παροιμιακὰ ſunt. Euripides in Menalippa apud Stobæum Grotii, p. 475.

Παλαιὸς αἶνος· ἔργα μὲν νεωτέρων,
Βȣλαὶ δ' ἔχȣσι τῶν γεραιτέρων κράτος.

Atque ad hunc locum reſpexiſſe videtur Suidas:

NIN. Αὐτόν. Αὐτάς. Σοφοκλῆς·

Σύ τοι λέγεις νιν, ȣ̓κ ἐγώ· σὺ γὰρ ποιεῖς
Τȣ̓̃ργον. Τὰ δ' ἔργα τȣ̀ς λόγȣς εὑρισκεται.]

Hæc ſunt verba Sophoclis in Elect. 624.

ΝΥΚΤΙΛΟΧΟΙ. Λῃσαί. Καὶ νυκτὶ περιπλανὴς, παρὰ Ἀριςοφάνει.] Vox excidit. Scribendum ſine dubio, Καὶ Νυκτοπεριπλάνητος, νυκτὶ περιπλανής. Locus Ariſtophanis, ad quem reſpexit Suidas, exſtat in Acharn. 263.

Φάλης ἑταῖρε Βακχείȣ,
Σύγκωμε, ΝΥΚΤΟΠΕΡΙΠΛΑΝΗ-
ΤΕ, μοιχὲ, παιδεραςά.

ΝΥΝ πᾶς κίνδυνος ἐνθάδ' ἀνεῖται σοφίας, ἧς περὶ τοῖς ἐμοῖς φίλοις ἐςὶν ἀγὼν μέγιςος.] Hæc ſunt verba Ariſtophanis in Nub. 952.

Ξ.

ΞΥΛΟΧΟΣ. Σύνδενδρος καὶ ξυλώδης πάγος. Οἱ δὲ κοίτην θηρίȣ.

Οὐδ'

PARS V.



Οὐδ' ἵκετ' ἐκ μάνδρης αὖθις ἐπὶ ξύλοχον.]

Pentameter hic eſt pars Epigrammatis, quod integrum dedimus ſupra v. Ἀπέτισεν.

ΞΥΝΑΥΛΙΑΝ πενθήσωμεν Ὀλύμπȣ νόμῳ.] De hoc verſiculo, qui ex Ariſtoph. Equit. decerptus eſt, non ita pridem diſputavimus ad Suidam P. III. p. 193. ubi legendum monuimus,

——Δεῦρό μοι πρόσελθ' ἵνα
Ξυναυλίαν πενθήσομεν Ὀλύμπȣ νόμον.

Quod verum et elegans eſt. Cæterum hunc locum tangit Cl. Valckenarius Diatrib. Eurip. p. 166. Sed aliter loquuntur Tragici, aliter Comici: quod non animadvertit vir doctiſſimus.

ΞΥΝΩΜΟΤΗΣ. Συςασιαςής.
Ξυνωμότης ὢν ϗ Φρονῶν τυραννικά.]

Hæc ſunt verba Ariſtophanis in Veſp. 505. ubi legitur, καὶ Φρονῶν τυραννίδα.

O.

ΟΘΝΕΙΟΣ. Ὀθνεῖον γάρ τι ϗ ἔκφυλον ψεῦδος ἀνδρὶ σοφῷ.] Hoc fragmentum depromptum eſt ex Menandro in Excerptis Hœſchelii, p. 137. ubi legitur, Τέρκῳ ἀνδρί. Confer Jacobum Gronovium Mutilat. Suidæ p. 9. ubi de hoc loco agit.

ΟΙΔΜΑ.

ΟΙΔΜΑ. Κῦμα. Ἢ πέλαγος. Καὶ, Ἄγριον οἶδμα θαλάσσης.] Scribe,

——— Καὶ ἄγριον οἶδμα θαλάσσης.

Macedonius in Epigrammatis Anthol. lib. vi. p. 549.

Ἐς δὲ Ποσειδάωνα ΚΑΙ ΑΛΜΥΡΟΝ ΟΙΔΜΑ ΘΑΛΑΣΣΗΣ
Εἶπεν, ἀποσπένδων δάκρυον ἐκ βλεφάρων.

Ad hunc locum proculdubio respexit Suidas, sed ita ut pro ἁλμυρὸν ἄγριον legerit. Quod neutiquam vituperandum est.

ΟΙΚΕΥΣ. Οἰκέτης. Σοφοκλῆς·

Οἰκεύς τις, ὅσπερ ἵκετ' ἐκσωθεὶς μόνος.]

Hæc sunt verba Sophoclis in Oedip. Tyr. 766.

ΟΙΟΣ. Δυνατός.

Σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅστις ἐν βραχεῖ καλῶς
Πολλοὺς οἷός τε συντέμνειν λόγους.]

Hi versiculi exstant apud Stobæum, p. 141. Edit. Grotii, atque ita scribendi sunt,

Παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρος, ὅστις ἐν βραχεῖ
Πολλοὺς λόγους οἷός τε συντέμνειν καλῶς.

Sunt autem ex Euripidis Æolo. Nota locutio, Σοφοῦ πρὸς ἀνδρός. Sophocles Aj. 585.

——— Οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ
Θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.

Confer

PARS V.


Confer Schol. ad Ariſtoph. Plut. 355. Atque hinc corrigendus Plutarchus in Pericle: Ἄπαυλα μὲν ὖν ταῦτα τῆς Ἀναξαγόρȣ σοφίας. Una atque altera vox exciderunt. Scribendum, ȣ πρὸς τῆς Ἀναξαγόρȣ σοφίας. Quomodo recte exhibet MS. Bodleianus.

Dum hæc ſcribo, ſuccurrit locus apud Sophoclem, quem hic emendatum præſtabo: nam Editores, ut ſolent, aliud agentes, rem intactam reliquerunt. Eſt autem in Oedip. Tyr. 1450.

Ἀλλ᾽ ἔα με ναίειν ὄρεσιν ἔνθα κλῄζεται
Οὑμὸς Κιθαιρὼν ȣτος, ὃν μήτηρ τέ μοι
Πατήρ τ᾽ ἐθέσθην ζῶντε κύριον τάφον.

Ubi Interpres, *Quem mater mihi et pater conſtituerunt viventes proprium ſepulchrum.* Immo, *viventi*; nam Oedipus vivus videnſque in Cithærone expoſitus fuit. Quare legendum ſine dubio ζῶντι. Huc facit Heſychius: Ὑστερόποτμος, ῷ ΖΩΝΤΙ ὁ τάφος ȣ τεθνηκότι γέγονεν.
ADDAM alterum locum, et vexatiſſimum quidem, ejuſdem Poetæ. Eſt autem in Oedip. Col. 1192.

Κᾀν κεῖνα λύσῃς, οἶδ᾽ ἐγὼ, γνώσῃ κακȣ̃
Θυμȣ̃ τελευτὴν, ὡς κακὴ προσγίνεται.

Verbum λύσῃς aperte vitioſum eſt. Mendam vidit ſed non ſuſtulit Cl. Pierſonus. Scribendum omnino,

Κᾀν

Κἂν κεῖν' ΕΑΣΗΙΣ ——— PARS V.

Si illa taceas, tamen alia ſunt, ex quibus cognoſcas iræ exitum eſſe triſtem. Hic loci ſenſus eſt; quod ex ſequentibus patet. Ita locutus eſt Noſter ſupra 356.

Ἐγὼ τὰ μὲν παθήμαθ' ἃ ἔπαθον, πάτερ,
Παρεῖσ' ΕΑΣΩ ———

Atque hoc rectum. Eſt et alius locus, ubi verbum Λύειν in ſedem non ſuam involarit. Sophocles Antig. 38.

Τὶ δ', ὦ ταλαῖφρον, εἰ τάδ' ἐν τούτοις, ἐγὼ
Λύουσ' ἂν ἢ θάπτουσα προσθείμην πλέον;

Hæc ſenſu caſſa ſunt. Nec quidquam adjuvant Editores. Scribendum proculdubio:

Κλύουσ' ἂν ἢ θάπτουσα ———

Senſus eſt, quod et neſcio quomodo recte vidit Cl. Heathius: *Nulli uſui futura eſt mea in hac re opera, ſive Creonti edicenti aſſentiam, ſive contradicam.* Κλύειν eſt *audire, obtemperare.* Noſter infra 680.

Ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν.*

Idem in Aj. 1370.

Κλύειν τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα χρὴ τῶν ἐν τέλει.

Quem verſiculum Æſchylo adjudicat Stobæus, p. 35. Edit. Grotii. Prima autem litera non

* Idem apud Plutarchum in Agide ſub init. p. 795.

Τούτοις γὰρ ὄντες δεσπόται δουλεύομεν,
Καὶ τῶν δ' ἀνάγκη καὶ σιωπώντων κλύειν.

PARS V.

raro excidit. Quod ad Hesychium in primis observarunt viri doctissimi. Hinc corruptus Sophocles in Philoct. 896.

> Οὐδ' ἡ σε δυσχέρεια τοῦ νοσήματος
> Ἔπεισεν, ὥστε μή μ' ἄγειν ναύτην ἔτι;

Hæc sensui loci manifesto adversantur. Scribendum omnino:

> Τοῦδ' ἡ σε δυσχέρεια ——

An te morbi hujus nostri incommoditas movit, ut me tecum recipere nolis? Nihil verius aut simplicius. Cæterum vox Κλύων restituenda etiam Sophocli in Philoct. 690.

> Τόδε θαῦμ' ἔχει με,
> Πῶς ποτε, πῶς ποτ' ἀμφιπλήκτων
> Ῥοθίων μόνος κλύζων πῶς
> Ἄρα πανδάκρυτον οὕτω βιοτὰν κατέσχεν.

Hæc frustra defendunt Interpretes. Nam vox κλύζων, quæ primam producit, nec sensui nec metro satisfacit. Utrique autem incommodo subveneris, si cum Cantero et mecum rescribas,

> Ῥοθίων μόνος ΚΛΥΩΝ ————

Suidas: Ῥόθιον καλεῖται παρὰ τὸν ῥόθον, τὸν ἐκ τῶν κωπῶν ΑΚΟΥΟΜΕΝΟΝ, ὅταν σφοδρῶς ἐλαύνωσι.

UNUM addam. Sophocles in Philoct. 780.

> Ἀλλ' οὖν δέδοικα μή μ' ἀτελὴς εὐχὴ, τέκνον.

Versiculum hunc dehonestat Anapæstus in quarto loco: quod in Tragicis neutiquam ferendum

ferendum eſt. Sed res facile ſublevanda eſt. Scribe, PARS V.

Ἀλλ' ὧν δέδοικα ΜΗ ΑΤΕΛΗΣ εὐχὴ, τέκνον.

Vereor autem ne votum ſit irritum. Hujuſmodi συνίζησις haud infrequens eſt: de qua Schol. ad Ariſtoph. Ran. 524. Confer etiam Ariſtoph. Theſmoph. 483. Sic neſcio quis apud Stobæum Grotii, p. 61.

Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν οὐχ ὁ ΜΗ ΑΔΙΚΩΝ,
Ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος μὴ βούλεται.*

Atque ad hanc normam corrigendus Euripides apud Stobæum, p. 37.

Δυοῖν λεγόντοιν, θατέρου θυμουμένου,
Ο ΜΗ ΑΝΤΙΤΕΙΝΩΝ τοῖς λόγοις σοφώτερος.

Ita recte laudat Plutarchus, vol. ii. p. 10. Vulgo omittitur articulus, qui tum ad ſenſum, tum ad metrum neceſſarius eſt. Reſtituendus etiam articulus Ariſtophani in Lyſiſt. 935. qui eodem morbo laborat:

Η ΑΝΘΡΩΠΟΣ ἐπιτρίψει με διὰ τὰ στρώματα.

Ubi recte Schol. Ἀντὶ τοῦ, ἡ γυνὴ, ἡ ἄνθρωπος εἶπε. Atque hinc firmanda noſtra emendatio in

---

* Euripides in Hippolyto v. 997.

Ἐπίσταμαι γὰρ πρῶτα μὲν θεοὺς σέβειν,
Φίλοις τε χρῆσθαι ΜΗ ἈΔΙΚΕΙΝ πειρωμένοις.

Ariſtoph. Eccleſ. v. 115.

Οὐκ οἶδα· δεινὸν δ' ἐστιν ἡ ἈΜΗ ΑΠΕΙΡΙΑ.

Mea inexperientia. Ita legendum.

PARS V. Theocriti Idyll. i. 50. quam illotis manibus nuperrime contrectavit vir eruditiſſimus:

——— τὸ παιδίον ὃ πρὶν ἀνάσειν
Φατὶ πρὶν Η ΑΝΑΡΙΣΤΟΝ ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ.

Ita proculdubio ſcribendus iſte locus; ut jampridem oſtendimus in Epiſtola noſtra ad Cl. Wartonum. Haud aliter ſcripſit Theocritus in Epigram. 18. quod omnino conferendum eſt.* Cæterum, ut, unde abii, revertar, ad Sophoclem noſtrum manifeſto reſpexit Poſidippus in Epigrammate apud Anthol. lib. vii. p. 614.

Νῦν δ' ἴσος ἀμφοτέροις φιλίης πόθος· ΟΥΚ ΑΤΕΛΕΙΣ ΓΑΡ
ΕΥΧΑΙ, τὰς κείνης εὔξατ' ἐπ' ἠϊόνος.

ΟΛΟΛΥΖΕΙ ΓΕΡΩΝ. Εἰς τὴν θηλύτητα αὐτοῦ καὶ λαγνείαν ἀποβλέπων.] Ariſtoph. Theſmoph. 136.

Ὀλολύζεις γέρων.

Scribendum cum Suida, ὀλολύζει. Quod et recte vidit Kuſterus. Quæ ſequuntur ſunt verba Scholiaſtæ.

ΟΜΑΙΜΟΣ. Ἀδελφός. Ἐν Ἐπιγράμματι.
Οἱ τρισσοί τοι ταῦτα τὰ δίκτυα θῆκαν ὅμαιμοι.]

Hexameter iſte eſt pars Epigrammatis, quod exſtat in Anthol. lib. vi. p. 565. Hinc Ὁμαίμων et Ὁμαιμοσύνη, quam vocem uſurpat neſcio quis in Epigram. Anthol. lib. iv. p. 455.

* Vide Valckenaer. ad Theocrit. Idyll. i. 51. Male Cl. Brunckius, Analect. vol. iii. p. 66.

Μαίνεται

Μαίνεται Ἰφιγένεια· πάλιν δέ μιν εἶδος Ὀρέϛε
Εἰς γλυκερὴν ἀνάγει μνῆϛιν ὁμαιμοσύνης.

PARS V.

ΟΜΟΓΝΙΟΣ. Ὁ τὰ τε γένες ἐφορῶν δίκαια. Ἢ ὁμογενὴς, ἢ γνήσιος, φίλος. Ὁμόγνιε Ζεῦ. Τὴν ὁμοιότητα θαυμάζων λέγει. Οἷον, ὦ ὁμοιότατε.] Scribe, ὦ ὁμοιότητος. Quomodo recte legitur apud Schol. ad Ariſtoph. Ran. 762. unde hæc verba deſcripſit Suidas. Inepte autem Interpres, *O ſimillime Jupiter*. Imo potius, *O ſimillime Æace*. Nimirum Xanthias Æacum geminum germanum ſive *ſui ſimillimum* putabat. Hinc mirabundus Ὁμόγνιε Ζεῦ ludo jocoque exclamabat. Sed hæ ſunt Atticæ elegantiæ, quas noſtri homines neutiquam perſpectas habent. Egregie Schol. ad Sophoclis Ajac. 492. Οἱ μὲν συνοικεντες τ ἐφέϛιον Δία προϛείνεσιν, οἱ δὲ φίλοι, τ φίλιον, οἱ δὲ ἐν τῇ μιᾷ τάξει καταλεγόμενοι ϗ μιᾷ συμμορίᾳ, ἑταιρεῖον, οἱ δὲ ξένοι, ξένιον, οἱ δὲ ἐν ὅρκοις συμφωνίας ποιεντες, ὅρκιον, οἱ δὲ δεόμενοι, ἱκέσιον, ΟΙ ΔΕ ΑΔΕΛΦΟΙ, ΟΜΟΓΝΙΟΝ. Confer Cl. Ruhnken. ad Timæum, p. 139. ubi de *diis* ὁμογνίοις copioſiſſime et docțiſſime agit. Sed virum egregium Timæi lectio fefellit. Scribendum ſine dubio: Ὁμόγνιοι θεοί· οἷς οἱ συγγενεῖς κοινῶς ὀργιάζεσιν. Cæterum ut Jupiter ὁμόγνιος, ſic Hercules ὁμόγνιος. de quo Lucian. in peculiari libello, vol. iii. p. 82. Τὸν Ἡρακλέα οἱ Κελτοὶ ΟΜΟΓΝΙΟΝ ὀνομάζεσι φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ. *Herculem Galli* Ὁμόγνιον *appellant.*

PARS V. *appellant.* Vulgo legitur Ὄγμιον, quod ex compendio male natum ineptissime defendunt Interpretes, et in primis homo hominum ridiculosissimus Frid. Samuel SCHMIDT, Antiquariorum nostrorum Societatis socius dignissimus. Sed nostra lectio verissima et elegantissima est. Nimirum Galli Herculem suum, tanquam gentilitium atque adeo cognatum suum, coluerunt, atque hinc ὁμόγνιον appellarunt. Sic Herculem Thebanum Thebani, Ægyptium Ægyptii, Indum Indi: de quo Arrianus in Indicis, p. 523. Ἡρακλέα δὲ, ὅντινα ἐς Ἰνδὲς ἀφικέσθαι λόγος κατέχει, παρ' αὐτοῖσιν Ἰνδοῖσι γηγενέα λέγεσθαι. *Herculem porro, quem ad Indos pervenisse ferunt,* Indigetem *ipsi Indi vocant.* Quod vero addit Lucianus tum de *senectute,* tum *de eloquentia* Herculi adsignata, mire confirmat Plutarchus, vol. ii. p. 387. Προϊὼν γε τῷ χρόνῳ ὁ Ἡρακλῆς ἔοικε μαντικώτατος ὁμȣ̃ γενέσθαι καὶ ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΩΤΑΤΟΣ. *Hercules grandævus factus divinationis et dialecticæ peritissimus habebatur.* Atque hæc hactenus de *Hercule* ὁμογνίῳ. Error autem ortus, ut dixi, ex compendio scripturæ, qui fons mendarum in libris antiquis uberrimus. Exempla bina, atque ea quidem illustria, apponam; unum in Græcis, alterum in Latinis. Apud Polybium in Excerpt. Vales. p. 1469. ita legitur: Ἐταλαιπώρησε δὲ καὶ τὸ πεζικὸν στράτευμα τῷ Πρȣσίᾳ

ὑπὸ

ὑπό τε τοῦ λιμοῦ καὶ δυσεντερίας, ὥστε παρὰ πόδας ἐκ θεόπτου δοκεῖν ἀπηντῆσθαι μῆνιν αὐτῷ διὰ ταύτας τὰς αἰτίας. Ubi vox θεόπτου, de qua nos Emend. P. III. p. 400. neſcio quomodo nunc minus arridet. Legebat Cl. Reiſkius ἐκ θεῶν τοῦ. Quomodo locutus eſt Ariſtides, vol. i. p. 529. Ἀνεῖπε μὲν ὁ κῆρυξ Σπαρτιάτης, ὥσπερ ΕΚ ΘΕΩΝ ΤΟΥ καταπεμφθεὶς, ὅτι ἐκείνη ἡ ἡμέρα μεγάλων τοῖς Ἕλλησι κακῶν ἄρξει. Sed non ita loqui ſolet Polybius. Quare nullus dubito, quin ſcripſerit auctor ἐκ θεοπέμπτου. *Miſſu divino.* Dionyſius Halicar. Antiq. Rom. iii. 10. Καὶ ταῦτα μὴ πολέμου καταειληφότος ἡμᾶς, μηδ' ἄλλης ΘΕΟΠΕΜΠΤΟΥ συμφορᾶς μηδεμιᾶς. Dicitur autem ἐκ θεοπέμπτου, ut ἐξ ἀναγκαίου, ἐξ ἑκουσίου, atque alia ejuſdem notæ ſexcenta. Hoc primum. Deinde illud vide: In Fragmento ex lib. xci. Hiſtoriarum Titi Livii, quod ex Cod. MS. Vat. nuperrime publicavit Cl. Brunſius, ita ſcribitur: *Itaque omnia ſimul inſtrumenta belli parabantur. Neque materia artificibus, præparatis ante omnibus inixogivitium — udio, nec ſuo quiſque operi artifex deerat.* Hæc mutila et corrupta ſunt. Tentabat Cl. Editor, ſed medelam nullam afferre potuit. Ego vero vel quovis pignore contenderim ita dediſſe Livium: *Neque materia artificibus, præparatis ante omnibus* enixo civitatium ſtudio, *nec ſuo quiſque operi artifex deerat.* Error Librarii ex compendio.

Ut

PARS V.

Ut θεόπτε pro θεοπέμπτε, sic *civitium* pro *civitatium.* Vox autem *civitatium* occurrit supra in hoc Fragmento: *Interdiu conventum sociarum* civitatium *in oppido agebat.* Recte autem scripsimus, *enixo studio.* Valerius Max. lib. viii. cap. 15. ENIXO *Crotoniatæ* STUDIO *ab eo petierunt, ut senatum ipsorum, qui mille hominum numero constabat, consiliis suis uti pateretur.*

ΟΜΟΥ. Ἐγγύς. Μένανδρος· Ἤδη γὰρ τῷ τίκτειν ὁμοῦ.] Hunc locum laudat Photius in Lex. MS. et Harpocratio; apud quem legitur, Ἤδη γάρ ἐστι. Quare Senarius ita rescribendus videtur,

Ἤδη γάρ ἐστιν ἥδε τῷ τίκτειν ὁμοῦ.

In eo est ista ut pariat. Huc respexit Dionysius Halicarn. Antiq. Rom. i. 29. p. 62. Καὶ γὰρ ὁμοῦ τι τῷ τίκτειν τὴν κόρην εἶναι. Ita scribendus iste locus.* Atque hac occasione emendandus Aristophanes in Pac. 512.

Ἄγε νῦν, ἄγε πᾶς
Καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν ἤδ' ἐγγύς.
Μὴ νῦν ἀνῶμεν, ἀλλ' ἐπεντείνωμεν ἀνδρικώτερον.

Versiculus secundus manifesto corruptus est. Notanda vox ἥδε, quæ Atticorum non est. Deinde ὁμοῦ — ἐγγύς. Quæ posterior vox non nisi

* Demosthenes Περὶ Παραπρεσβ. p. 200. Edit. Taylor. Τὴν δὲ αὐτὴν ὁρῶν τείχουσαν ΟΜΟΥ. *Juxta.* Ita accipiendus iste locus.

inter-

interpretamentum prioris est. Locus ita scribendus est: PARS V.

Καὶ μὴν ὁμῶ 'στιν ἭΔΕ.

Ἥδε. *Pax* scilicet. Quomodo locutus est Comicus infra 600.

Ἀλλὰ πῦ ποτ' ἦν ἀφ' ἡμῶν τὸν πολὺν τῦτον χρόνον
ἭΔΕ, τῦθ' ἡμᾶς δίδαξον, ὦ θεῶν εὐνῦστατε.

Ita scribendus iste locus; quod et recte observavit Cl. Dawesius. Nostram autem emendationem unice firmat Scholiastes ad Aristoph. Equit. 245. Τὸ ὁμῦ λέγυσιν Ἀττικοὶ ἀντὶ τῦ, ἐγγύς. Ὡς καὶ ἐν Εἰρήνῃ· Καὶ μὴν ὁμῦ 'στιν ἥδε. Quem locum viros doctissimos ad Aristophanem fugisse miror.

ΟΡΝΙΘΕΥΟΜΕΝΟΥ. Μαντευομένυ δι' ὄρνιθος.] Hecatæus Abderita apud Joseph. contra Apion. i. p. 457. Οὗτος ὖν ὁ ἄνθρωπος διαβαδιζόντων πολλῶν κατὰ τὴν ὁδὸν, καὶ μάντεώς τινος ΟΡΝΙΘΕΥΟΜΕΝΟΥ, καὶ πάντας ἐπισχεῖν ἀξιῦντος, ἠρώτησε διὰ τί προσμένυσι. Δείξαντος δὲ τῦ μάντεως αὐτῷ τὸν ὄρνιθα, παρελκύσας τὸ τόξον ἔβαλε, καὶ τὸν ὄρνιθα πατάξας ἀπέκτεινεν. Ad hunc locum manifesto respexit Suidas.*

ΟΡΤΥΓΟΚΟΠΟΣ — Μηδὲ ὀρτυγοκοπεῖν, μηδὲ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπτοῆσθαι.] Hæc sunt verba Marci Antonini, i. 6. ubi legitur, ὀρτυγοτροφεῖν. Quod

* Hunc locum laudat Eusebius in Præpar. Evang. lib. ix. 4. p. 408.

perinde

PARS V.


perinde eſt. Neque fluctus in hoc ſimpulo movendus: quod faciunt viri eruditi. Plato in Alcibiade Primo apud Suidam: Οὐκ ἀλλὰ πρὸς Μειδίαν σε δεῖ ἀποβλέπειν τὸν ὀρτυγοκόπον. Ita ſcribendus iſte locus. Ejus meminit Scholiaſtes ad Lucian. Jov. Tragœd. vol. ii. p. 696. Ὁ δὲ Μειδίας ὀρτυγοκόπος ἦν, ὡς Πλάτων Περιαλγεῖ. Ita ſcribendus iſte locus, quem minus intellexerunt doctiſſimi Editores. Scripſerat Plato fabulam, cui titulus Περιαλγής. Eam laudat Suidas: laudat et Athenæus, lib. ix. p. 387. Κωμῳδεῖται γὰρ ὁ Λεωγόρας ὡς γαστρίμαργος ὑπὸ Πλάτωνος ΕΝ ΠΕΡΙΑΛΓΕΙ. Verba Platonis leguntur apud Schol. ad Ariſtoph. Nub. 109. quem conſule. Atque hinc reſtituendus obiter Suetonius de Illuſt. Grammat. cap. ix. *Librum etiam, cui eſt titulus* Perialogos, *edidit, continentem querelas de injuriis, quas profeſſores negligentia et ambitione parentum acciperent.* Scribendum ſine dubio, *cui eſt titulus* ΠΕΡΙΑΛΓΗΣ. Quod vel ex ſequentibus patet.* Atque hac occaſione monitus, non poſſum quin reſtituam vexatiſſimum locum Suetonii de Illuſt. Grammat. cap. iii. in quo expediendo eruditiſſimi viri operam luſerunt: *Pretia Grammaticorum tanta, mercedeſque tam magnæ,*

* Orbilii liber ita dictus. Poteris etiam ſcribere Περὶ Ἄλγους. Sed illud verum.

ut

ut conſtet Lutatium Daphnidem, *quem Lenæus Meliſſus per cavillationem nominis*, Πανὸς ἄγημα *dicit, ducentis millibus nummûm Quinto Catulo emptum, ac brevi manumiſſum*. Ubi alii Πανὸς ἄγημα, alii Πανὸς ἄγαλμα, alii aliud. Sed omnes perperam. Editio Mediolan. *Panoſagaſema*. Scribendum omnino, unius literæ mutatione, Πανὸς ἀγάπημα. *Pan's delight*. Quo alluſum ad *Daphnidem*, paſtorem illum Siculum, qui Pani in deliciis fuit.* Crates Thebanus apud Julian. Orat. vi. p. 199.

PARS V.

Χαῖρε, θεὰ δέσποινα, σοφῶν ἀνδρῶν ΑΓΑΠΗΜΑ,
Εὐτέλεια, Κλεινῆς ἔγγονε σωφροσύνης.

Huc accedit Axionicus Comicus apud Athenæum, lib. viii. p. 342.

—— Ὀψοφάγων καὶ λίχνων ἀνδρῶν ΑΓΑΠΗΜΑ.

Quod feſtive admodum λίχνευμα vocat Sophron in Mimis Muliebribus. Locus Sophronis, qui apud Athenæum et Demetrium Phalereum admodum depravatus eſt, ita legendus et diſtinguendus eſt:

Τίνες δ' ἐντί ποκα, φίλα, ταίδε τοι
Μακραί κόγχαι; Β. Σωλῆνες·
Τοῦτί γα γλυκυκρέων κογχύλιον,
Χηρᾶν γυναικῶν Λίχνευμα.

---

* Heſych. Μίλημα. Οὗτινος ἂν τις φροντίζοι, ΑΓΑΠΗΜΑ.

ΟΤΙ

PARS V.



ΟΤΙ Μ' ΕΙΔΕΝΑΙ. Ἀντὶ τῦ, ὅσον ἐμὲ εἰδέναι. Οὐκῦν πονηρά γ' ἐστιν, ὅτι κἀμοὶ εἰδέναι.] Scribe, ὅτι κἄμ' εἰδέναι. Quomodo recte legitur apud Ariſtoph. Eccleſ. 350. unde hunc verſiculum deſumpſit Suidas. Idem autem ὅτι κἀμὲ εἰδέναι et ὡς κἀμὲ εἰδέναι. Quemadmodum locutus eſt Comicus in Theſmoph. 34.

Μὰ τὸν Δί' ἔτοι γ', ὥς τε κἀμέ γ' εἰδέναι.

ΟΥΔΕΝ ἦλθε ῥαψαμένη σκύτινον καθειμένον. Παρέλκει τὸ δεν. Ἤθελε γὰρ εἰπεῖν, ἐκ ἦλθε, συνήθως.] Verſiculus iſte legitur apud Ariſtoph. Nub. 538. ubi conſulendus Scholiaſtes, quem exſcripſit Suidas. Atque hinc corrigendus Ariſtophanes ſupra, v. 381.

Ἀτὰρ ΟΥΔΕΝ πω περὶ τῦ παλάγυ κ) τῆς βροντῆς
μ' ἐδίδαξας.

Vulgo contra metrum legitur, Ἀτὰρ ἐδέπω.

ΟΥ ΘΑΤΤΟΝ ΕΓΚΟΝΗΣΕΙΣ; Οὐ ταχύτερον ἐνεργήσεις;] Hæc ſunt verba Ariſtophanis in Av. 1324. atque ejus Scholiaſtæ; cujus ſcrinia pro more ſuo compilavit Suidas.

ΟΥΚ ΕΦΕΞΕΙΣ. Οὐ παύσῃ.] Ariſtoph. Equit. 910.

Ἐγώ σε ποιήσω τριη-
ραρχεῖν, ἀναλίσκοντα τῶν
σαυτῦ, παλαιὰν ναῦν ἔχοντ'
εἰς ἣν ἀναλῶν ΟΥΚ ΕΦΕ-
ΞΕΙΣ, ὐδὲ ναυπηγύμενος.

Ubi

Ubi Schol. Οὐκ ἐφέξεις δὲ, ἀντὶ τοῦ, οὐ παύσῃ. Hinc Suidas intelligendus est. PARS V.

ΟΥ ΜΗ ΛΗΡΗΣΗΣ. Ὅρα ἵνα μὴ ληρήσῃς. Οὐ παύσῃ ληρῶν;] Aristoph. Nub. 366.

Ποῖος Ζεὺς; οὐ μὴ ληρήσῃς ——

Ad hunc locum respexit Suidas.

ΟΦΛΩΝ. Χρεωστῶν.

—————— Οὗ μ' ἐχρῆν

Σορὸν πρίασθαι, τοῦτ' ὄφλων ἀπέρχομαι.]

Hæc sunt verba Aristophanis in Acharn. 691. Est autem versus Trochaicus, et proinde ita rescribendus,

Οὗ μ' ἐχρῆν σορὸν πρίασθαι, τοῦτ' ὄφλων ἀπέρχομαι.

Ω.

ΩΔΙΣ. Ἡ ἐκ τοῦ τοκετοῦ ὀδύνη. Ὁ δὲ ἐξειπεῖν τὴν ὠδῖνα, ἣν ἐκύει, οὐκ ἐτόλμα, τὴν ἐλπίδα τοῦ ἴσως ἄν ποτε τυχεῖν ἐν τῷ κρύπτειν ὑποθάλπων ἄρ' ἐκεῖνος.] Hoc fragmentum Æliano adsignandum esse puto: quod ex stilo manifestum est. Confer nos supra ad v. Ἐπιῤῥαπίζων. Cæterum hic locus partim legitur apud Suidam v. Ἐκύει.

Ω ΠΑΝΤΑ ΣΥ ΤΟΛΜΩΝ. Τουτέστιν, ὦ θρασύτατε καὶ τολμηρότατε.] Hæc sunt verba Aristophanis

 phanis in Nub. 374. atque ejus Scholiastæ, quem pro more exscripsit Suidas.

Ω ΦΘΟΡΕ. Ὦ ὄλεθρε. Ἄπαγ' εἰς μακαρίαν ἐκποδὼν, ὦ φθόρε.] Aristoph. Equit. 1148.

Ἄπαγ' εἰς Μακαρίαν ἐκποδών. Σύ γ', ὦ φθόρε.

Hinc Suidas sua mutuatus est.

Π.

ΠΕΝΤΩΒΟΛΟΝ ΗΛΙΑΣΑΣΘΑΙ. Νικήσαντα τοὺς Πελοποννησίους, δικάσαι μέχρις Ἀρκαδίας, λαμβάνοντα μισθὸν πεντώβολον, ἀλλ' οὐ τριώβολον.] Confer Aristoph. in Equit. 795. et ejus Scholiastam; unde hunc locum deprompsit Suidas.

ΠΕΡΔΙΚΟΣ ΙΕΡΟΝ — Σοφοκλῆς δὲ ἐν Κωμικοῖς φησὶ τὸν ὑπὸ Δαιδάλου ἀναιρεθέντα, Πέρδικα εἶναι τοὔνομα.] Scribendum, ἐν Καμικοῖς. Quam alii Καμικὸν, Sophocles Καμικοὺς vocat. Quem secutus est Strabo. Hujus fabulæ meminit Athenæus, lib. ix. p. 388. Σοφοκλῆς Καμικοῖς·

——— Ὄρνιθος ἦλθ' ἐπώνυμος
Πέρδικος, ἐν κλεινοῖς Ἀθηναίων πάγοις.

Ubi notandus iste Perdix, cujus historiam hic tangit Sophocles. Cæterum de Dædalo antiquissimo illo et ingeniosissimo artifice, qui post occisum sororis suæ filium Perdicem, primo Cretam, deinde Camicum, Siciliæ urbem,

quæ

quæ ſcena dramatis, profugit, conſulendi Mythographi. Corrigendus hic obiter Libanius, vol. ii. p. 480. Πότε δὲ ἔδεισαν ἄνθρωποι περὶ τῶν ἀγαλμάτων, μὴ τοῖν ποδοῖν χρώμενα φυγῇ. Τῶν Δαιδάλε χειρῶν ἔτος ὁ φόβος ἔργον· ὃν ἐκάλυψεν ἐπιγενόμενος Φειδίας μᾶλλον ἢ Δαίδαλος τὲς πρὸ αὐτῇ. *Fuit autem cum timerent homines ne ſtatuæ aufugerent, quem timorem eis injecit Dædalus; qui ut priores artifices longe poſt ſe reliquit, ſic ipſe poſtea a Phidia penitus obſcuratus eſt.* Ita ſcribendus et vertendus iſte locus, qui inſignis eſt et ab Interprete minime intellectus. Confer Cl. Kuſter. ad Suidam v. Δαίδαλος.* Verbum autem Καλύπτειν in hoc negotio haud inuſitatum eſt.† Libanius in Julian. Panegyr. p. 184. Καὶ γὰρ πράτλοντας οἷς πράτλεις, καὶ λέγοντας οἷς λέγεις ΕΚΑΛΥΨΑΣ.

ΠΕΡΙΡΡΩΓΟΣ. Ἐπὶ ὄχθε τινὸς ἀποτόμε καὶ περιῤῥῶγος ἐπιτείχιζον αὐτοῖς φρέριον, ἱκανὸν φυλάτλεσθαι τοσαύτῃ ςρατιᾷ.] Hæc ſunt verba Dionyſii Halicarn. Antiq. Rom. ix. 15. ubi legitur ἱκανὸν φυλάτλεσθαι τοσαύτην ςρατιάν. *Quod tantum exercitum tutari poſſet.* Ita vertendus iſte locus,

---

* Vide et nos ſupra P. iv. p. 596.

† Sic ἀποκρύπτειν apud Ariſtidem vol. ii. p. 135. Edit. Jebb: Ἐπὶ μὲν Σάμῳ, δέκατος αὐτὸς ςρατηγῶν, ΑΠΟΚΡΥΨΑΣ τὲς ἄλλες ἅπαντας ςρατηγές. Ita et Libanius Epiſt. xlii. Διότι παῖς ὢν Ἡρακλέες ἐκ ΑΠΕΚΡΥΨΕ τὸν πατέρα.

quem

PARS V. quem perperam accepit noſter Interpres. Haud aliter locutus eſt Dionyſius, v. 22. Φρȣ́ρια κατασκευάσαντες ἐπὶ τοῖς ἐρυμνοῖς, ἱκανὰ σώζειν τȣ̀ς εἰς αὐτὰ καταφυγόντας.*

ΠΛΕΑ. Πλήρης. Πεπληρωμένη.

Ταύτην μὲν ἄν τις εὐθὺς ἠθείη λαϐών.

Περὶ κυλικός φησιν ἐπεὶ μεγάλη ἦν ϗ πλέα.] Hæc ſunt verba Scholiaſtæ ad Ariſtoph. Lyſiſt. 201. Confer nos ad Suidam v. Ἠθείη.

ΠΟΜΦΟΛΥΓΕΣ. Αἱ ἐκ τῶν ὄμϐρων ἢ ἄλλως καταφερόμεναι. Ὁ δὲ δίκην πομφολύγων ἐκφύσεως διαλύει τὸ ὕπȣλον.] Locus mutilus et corruptus. Scribe, Πομφόλυγες. Αἱ ἐκ τῶν ὄμϐρων, ἢ ἄλλων καταφερομένων ὑδάτων ἐπὶ ὕδασι εὐδιάλυτοι κυρτώσεις. Quomodo recte legitur apud Etymologum. Confer Schol. ad Ariſtoph. Ran. 251. Schol. ad Arat. p. 126. et Cl. Hemſterhuſ. ad Luciani Contempl. p. 515.† QUÆ ſequuntur deprompta ſunt ex Theophylacto Simocatta, lib. iv. cap. 15. Vox autem Ἔκφυσις eodem

* Arrian. de Expedit. Alexand. lib. vi. 15. Καὶ ἀπολείπει ξὺν αὐτῷ τȣ́ς τε Θρᾶκας πάντας, ϗ ἐκ τῶν τάξεων ὅσοι ἐς φυλακὴν τῆς χώρας ἱκανοὶ ἐφαίνοντο.

† Plutarch. vol. ii. p. 563. Ἔφη τὰς ψυχὰς τῶν τελευτώντων κάτωθεν ἀνιȣ́σας πομφόλυγα φλογοειδῆ ποιεῖν ἐξισταμένȣ τȣ̃ ἀέρος, εἶτα ῥηγνυμένης ἀτρέμα τῆς πομφόλυγος ἐκϐαίνειν τύπον ἐχȣ́σας ἀνθρωποειδῆ. Notandum illud ὑδάτων ἐπὶ ὕδασι. Schol. ad Aratum p. 124. Ἔπειτα διδȣ̀ς μίμησιν τῆς ποιᾶς φωνῆς αὐτων, φησὶν, ὥσπερ ὕδωρ ἐπὶ ὕδατι καταστάζων.

ſenſu

ſenſu legitur apud Etymolog. v. Ἀναπλήσας. Οἱ γὰρ κακοῖς τισὶ συνεχόμενοι, πνεύματος τὰς γνάθους πληροῦντες, ΤΑΣ ΕΚΦΥΣΕΙΣ ἀποτελοῦσιν. Ubi tamen ἐκφυσήσεις malit doctiſſimus Sylburgius.

ΠΟΝΗΡΟΣ — Λέγεται δὲ καὶ πονηρὸν ὕδωρ, τὸ νοσοποιόν.] Arrian. Exped. iv. 4. Καὶ, ἦν γὰρ ΠΟΝΗΡΟΝ ΤΟ ΥΔΩΡ, ῥεῦμα ἄθροον κατασκήπτει αὐτῷ ἐς τὴν γαστέρα. Ad hunc locum reſpexit Suidas.

ΠΡΟΔΙΚΟΝ. Δικαστὴν ἐπὶ φίλων, καὶ διαιτητήν. Ἀριστοφάνης Κενταύρῳ·

Ἐγὼ γὰρ, εἴ τις ἠδίκηκε, θέλω δίκην δοῦναι
Πρόδικον ἑνὶ τῶν φίλων τῶν σῶν.]

" Fragmentum hoc Ariſtophanis ſic diſtinguo
" et lego:

Ἐγὼ γὰρ, εἴ τις ἠδίκηκε, θέλω δίκην
Δικάσαι πρόδικον ἕνα τῶν φίλων τῶν σῶν—

" Hanc lectionem in verſione ſecutus ſum." *Kuſter*. Nihil hic vidit Kuſterus. Aliud eſt Πρόδικος, aliud δίκη πρόδικος. Heſych. Δίκη πρόδικος, ἡ πρὸ τοῦ ἀχθῆναι εἰς δίκην ὁμολογουμένη. Quare locus Comici ita ſcribendus et interpretandus eſt:

Ἐγὼ γὰρ, εἴ τι σ' ἠδίκηκ', ἐθέλω δίκην
Δοῦναι πρόδικον ἑνὶ τῶν φίλων τῶν σῶν—

Ego enim, ſi te læſi, ejus rei arbitrium alicui ex tuis amicis permittam. Qui ſenſus optimus

 et

PARS V. et integerrimus. Atque ad hanc normam corrigendus etiam Photius, qui hunc locum laudat v. Πρόδικος. Quæ ſequuntur apud Suidam, Μνημονεύει δὲ καὶ Πλάτων αὐτοῦ, καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς. Οὕτω τὸν ἄνδρα τοῦτον ἢ βιβλίον διέφθειρεν, ἢ Πρόδικος, ἢ τῶν ἀδολέσχων εἷς γέ τις, de *Prodico* Sophiſta intelligenda ſunt. Verba autem Comici, quæ nonnihil corrupta ſunt, ita ſcribenda et numeris ſuis reſtituenda eſſe putat Kuſterus:

Τὸν ἄνδρα τοῦτον ἢ βιβλίον διέφθορεν,
Ἢ Πρόδικος, ἢ καὶ τῶν ἀδολέσχων εἷς γέ τις.

Priorem verſiculum recte emendavit vir doctiſſimus, poſteriorem non item. Nam vox ἀδολέσχων, quod virum doctiſſimum fefellit, primam producit. Ariſtoph. Nub. 1482.

Ἐμοῦ παραφρονήσαντος ἀδολεσχίᾳ.

Idem Nub. 1487.

Ἀλλ' ὡς τάχιστ' ἐμπιπράναι τὴν οἰκίαν
Τῶν ἀδολέσχων ———

Quare locus ita legendus et diſtinguendus eſt. Καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς οὕτω·

Τὸν ἄνδρα τοῦτον ἢ βιβλίον διέφθορεν,
Ἢ Πρόδικος, ἢ τῶν ἀδολέσχων εἷς γέ τις.

Hunc hominem aut liber corrupit,
Aut Prodicus, aut nugatorum quiſpiam.

Quomodo

Quomodo et apud Scholiastam ad Aristoph. Nub. 360. unde hunc locum deprompsit Suidas, scribendum est. PARS V.

ΠΡΟΣΑΝΑΝΕΩΣΑΜΕΝΟΣ. Ἀνακαινίσας, καὶ ἀνεγείρας. Ὁ δὲ Μάρκος προσανανεωσάμενος τὴν τοῦ τείχους ταπεινότητα, ἐπεβάλλετο καταπειράζειν τῆς ἐλπίδος.] Hic locus auctior legitur v. Ἀνανεωσάμενος, ubi tamen male scribitur, ἀναγείρας. In utroque autem vertendo Interpres gravissime hallucinatus est. Græca, quæ proculdubio Polybii sunt, ita vertenda sunt: *Marcus autem humilitatem muri recordatus, rem periclitari aggressus est.* Verbum usurpat Dionysius Halicarn. Antiq. Rom. lib. vii. p. 462. Ἔμαθεν ἡ βουλὴ παρὰ τοῦ τὸ πραχθὲν ΑΝΑΝΕΩΣΑΜΕΝΟΥ. *Senatus ab illo, qui rem ipsi in memoriam revocarat, cognovit.*

ΠΡΟΣΤΑΤΗΣ ——

Ἐμοὶ δ' ἴσον μὲν τῆσδε τῆς χώρας μέτα,
Ὅσόν περ ὑμῖν· ἄχθομαι δὲ καὶ φέρω
Βαρέως τὰ τῆς πόλεως τοιαῦτα πράγματα.]

Hos versus Menandro tribuit Joannes Clericus p. 230. Sed fallitur vir doctissimus. Sunt enim Aristophanis in Ecclef. 173. quod et pridem monuimus in Emendat. ad Suidam P. III. p. 115.

PARS V. ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ. Πεντήκοντα ἄνδρες ἀπὸ μιᾶς φυλῆς, οἱ διοικοῦντες ἅπαντα τὰ ὑπὸ τῆς Βουλῆς πραττόμενα.] Scribendum, τὰ ὑπὸ τῆς Βουλῆς προσαττόμενα. *Qui omnia Senatus jussa exsequebantur.* Confer Harpocrat. v. Πρυτάνεις. et Cl. Perizon. ad Ælian. Var. Hist. ix. 39. ubi de hoc loco agit.

P.

ΡΑΙΣΤΗΡ. Ἡ σφῦρα.

Οὐδ' εἴ με χρύσειον ἀπὸ ῥαιστῆρος Ὅμηρον
Στήσηται φλογέαις ἐν Διὸς ἀστεροπαῖς.]

Hoc distichon est pars Epigrammatis, quod exstat Anthol. lib. iii. p. 387. ubi tamen legitur, Στήσοιτε. Quomodo et apud Suidam scribendum est.

ΡΑΜΦΟΣ. Ῥύγχος. Ῥάμφος ἐπὶ ὀρνέων. Ῥύγχος ἐπὶ χοίρου.] Hæc descripsit Suidas ex Schol. ad Aristoph. Aves 347. ubi legitur, ῥάμφος ἐπὶ ὀρνέου.

Σ.

ΣΚΕΥΗ. Ὁ δὲ Καρτερὸς τῆς τε σκευῆς τῇ λαμπρότητι διαφέρων ἦν.] "Lego Κρατῆρος, ut sit proprium nomen Crateri, qui fuit unus ex ducibus Alexandri Magni." *Kuster.* Fallitur

vir

vir doctissimus. Scribendum, Κρα̃τερὸς. Idem mendum apud Suidam v. Ὄγκος. Confer Nostrum v. Κρατερὸς, unde uterque locus ampliari poterit. PARS V.

ΣΚΗΨΙΣ. Σοφοκλῆς·

Ἀλλ' εἰσόρα, μὴ σκῆψιν ἐκ ἔσαν τίθῃς.]

Decerptus est hic versiculus ex Sophoclis Elect. 585.

ΣΚΙΕΡΑ. Ἀριστοφάνης· Πάρες, ὦ σκιερά.] Exstat hoc fragmentum apud Aristoph. in Vesp. 754. ubi Scholiastes ex Euripidis Bellerophonte desumptum esse ait, ex quo laudantur hi versus Anapæstici:

Πάρες, ὦ σκιερὰ φυλλὰς, ὑπερβῶ
Κρηναῖα νάπη, τὸν ὑπερ κεφαλῆς
Αἰθέρ' ἰδέσθαι σπεύδω, τίν' ἔχει
Στάσιν εὐοδίας. ———

Ita scribendus iste locus, quem viri eruditissimi plurimum sollicitarunt; mentem tamen Poetæ ne per somnium viderunt. Sensus est: *Ego vero æthera tentare cupio, ut videam, quousque tandem progredi possim. Si quid sit, quod meo cursui obstare possit.* Στάσις εὐοδίας est *itineris obstaculum.* Demosth. contra Calliclem p. 735. Ἧι μὲν ἂν ὕδωρ ΕΥΟΔΗι, φέρεται κάτω κατὰ τὴν ὁδόν· ᾗ δ' ἂν ΕΝΣΤΗι τι, τηνικαῦτα

καῦτα τοῦτ' εἰς χωρία ὑπεραίρειν ἀναγκαῖον ἤδη. Quæ egregia ſunt, et mentem Euripidis extra dubium ponunt.

ΣΚΙΤΑΛΟΙ. Ἀριστοφάνης·

Ἄγε δὴ Σκίταλοι, καὶ Φένακες, ἦν δ' ἐγὼ,
Βερέσχεθοί τε, καὶ Κόβαλοι, καὶ Μόθωνες,
Ἀγορά τε ———————]

Quod ſcripſimus ad hunc locum Emend. P. III. p. 171. minus verum eſt: nam vox Ἀγορὰ poſtremam ſyllabam producit; quod et jampridem obſervavimus. Quare facile aſſentior Cl. Kuſtero legenti,

Βερέσχεθοί τε καὶ Κόβαλοι καὶ ΜΟΘΩΝ.

Quocum facit Scholiaſtes. Haud aliter locutus eſt Ariſtophanes in Av. 160.

Καὶ μύρτα καὶ ΜΗΚΩΝΑ καὶ σισύμβρια.


Ita legendum tum metri gratia, tum auctoritate Suidæ v. Σήσαμα. Quod et in Epiſtola Critica monuimus p. 418.

ΣΚΩΛΟΣ. Εἶδος ἀκάνθης.

Ἔκ μοι σκῶλον ἔρυσον, ὅ μοι κακὸν ἔμπεσεν ὁπλῇ.]

Scribe ἔρυσσον, nam ἔρυσον ſecundam corripit. Sunt autem hæc verba aſini ad lupum. Fabula notiſſima. Σκῶλος ſive σκῶλον eſt *Spinæ genus*. Ariſtoph. Lyſiſt. 810.

Ἀβάτοισιν

PARS V.


Ἀβάτοισιν ἐν σκώλοισι
Τὸ πρόσωπον περιειργασμένος.

Ita ſcribendus iſte locus, quod ex Scholiaſta patet. Confer nos ad Suidam P. III. p. 51. Atque hinc firmandus Theocritus in Hyla v. 64.

Ἡρακλέης τοιῦτος ΕΝ ΑΤΡΙΠΤΟΙΣΙΝ ΑΚΑΝΘΑΙΣ
Παῖδα ποθῶν δεδόνατο ——————

Quem locum perperam ſollicitarunt viri eruditi. Ad Ariſtophanem, ut ſolet, reſpexit Theocritus. Atque hinc obiter emendandus Heſychius, loco vexatiſſimo et quem viri eruditiſſimi plane conclamarunt. Πανοσκῶλον. Ὄνομα σχήματος, ὅταν οἱ ἀπὸ σκώλȣ ἢ πεπληγῶς ἄντρον τὶ λέγεται σχῆμα. Primum ſcribe, Πανὸς σκῶλος. Ὄνομα σχήματος, ὅταν ὄις ἀπὸ σκώλȣ ᾖ πεπληγῶς. Photius in Lex. inedito: Πανὸς σκῶλος, ὄνομα σχήματος. Huc reſpexit Theocritus X. 4.

—————— Ἀλλ' ὑπελείπη
Ὥσπερ ὄις ποίμνας, τᾶς τ' πόδα κάκτος ἔτυψεν.

Idem κάκτος et σκῶλος. Schol. Κάκτος δὲ, εἶδ@ ἀκάνθης. Confer nos in Cur. Poſter. ad Theocritum p. 18. Quæ ſequuntur apud Heſychium, novum articulum faciunt, atque ita ſcribenda ſunt: Πανὸς ἄντρον. Τὶ λέγεται σχῆμα. Panis antrum tangit Pauſanias: tangit etiam Theocritus in Epigrammate v. 6.

Ἐγγὺς

PARS V.

'Εγγὺς δὲ πάντες λασίας δρυὸς, ἄντρε ὄπισθεν,
Πᾶνα τὸν αἰγιβάταν ἀφανίσωμες ὕπνῳ.

Ita fcribendum. Πᾶνα τὸν αἰγιβάταν, *Panem capras ineuntem.* Quomodo locutus eft Meleager in Epigrammate, quod, cum nemo hactenus intellexerit, hic emendatum adfcribam:

ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Αἰπολικαὶ συρίγγες ἐν ὤρεσι μηκέτι Δάφνιν,
Φωνεῖτ', ΑΙΓΙΒΑΤΗι ΠΑΝΙ χαριζόμεναι.
Μηδὲ σὺ τὸν στεφθέντα λύρῃ Φοίβοιο προφῆτι
Δάφνῃ παρθενίῃ μέλφ' Ὑάκινθον ἔτι.
Ἦν γάρ ὅτ' ἡ Δάφνις μὲν ἐν ὤρεσι, σοὶ δ' Ὑάκινθος
Τερπνὸς, νῦν δὲ πόθων σκῆπτρα Δίων ἐχέτω.

Ita fcribendum iftud Epigramma. Δάφνῃ παρθενίῃ eft *fimul cum Daphne puella.* Nimirum Apollo utrumque, tum Narciffum, tum Daphnen, amabat. Hæc mens Poetæ. Confer nos in Cur. Pofter. ad Theocrit. xiii. 15. nam Hellenifmus ifte paulo rarior eft. Idem autem Αἰγιβάτης et Αἰγοβάτης. Quomodo locutus eft Philippus in Anthologia, nec non Meleager in Epigrammate, quod vulgo male diftinctum viro doctiffimo ad Ammonium fraudi fuit. Carmen ita fcribendum eft:

ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Οὐκέτι μοι Θήρων γράφεται καλὸς, οὐδὲ (πυραυγὴς
Πρίν ποτε, νῦν δ' ἤδη δαλὸς) Ἀπολλόδοτος.

Στέργω

Στέργω θῆλυν ἔρωτα· δασυτρώγλων δὲ πίεσμα PARS V.
Δασαύρων μελέτω ποιμέσιν αἰγοβάταις.*

ΣΚΥΘΙΚΑΙ. Εἶδός τι ὑποδήματός εἰσιν, ὡς Ἀλκαῖος ἐν η. Σκυθικὰς ὑποδυσάμενοι.] Scribe, ὑποδησάμενοι. Quomodo recte legitur apud Harpocrationem, unde hunc locum descripsit Suidas.

ΣΟΦΙΣΤΗΣ. Ἀπατεών. Ὀδύναις τε καὶ νόσοις γενέσθαι σοφιστὴν ἄκρον.] Hoc fragmentum auctius legitur v. Ἰαχήν. Ad quem locum consulendus Kusterus.

ΣΟΦΩΝ, Σόφωνος. Ὄνομα ὄρους.] De monte Sophone mihi hactenus incomperta omnia. Rescribendum puto, ὄνομα μαγείρου. Nimirum una syllaba alteram absorpsit: hæc prima mali labes. Sophon est nomen *coqui*. Ejus meminit Athenæus: meminit et Anthippus Comicus apud Athenæum lib. ix. p. 403. cujus versiculos, qui elegantissimi sunt, hic in gratiam lectoris eruditi emendatos apponam Sunt autem verba *coqui*, hominis in arte sua celeberrimi.

ΣΟΦΩΝ Ἀκαρνὰν καὶ Ῥόδιος Δαμόξενος
Ἐγένονθ' ἑαυτῶν συμμαθηταὶ τῆς τέχνης.
Ἐδίδασκε δ' αὐτοὺς Σικελιώτης Λάβδακος.
Οὗτοι τὰ μὲν παλαιὰ καὶ θρυλλούμενα

---

* Hinc ἀῤῥενοβάτης et ἀῤῥενοβασία. Confer Theophil. ad Autolycum p. 290.

Ἀρτύ-

PARS V.



Ἀρτύματ' ἐξήλειψαν ἐκ τῶν βιβλίων,
Καὶ τὴν θυείαν ἠφάνισαν ἐκ τοῦ μέσου,
Οἷον λέγω κύμινον, ὄξος, σίλφιον,
Τυρὸν, κορίαννον, οἷς ὁ Κρόνος ἀρτύμασιν
Ἐχρᾶτο, πάντ'. ΗΔΙΘΙΟΝ εἶναι θ' ὑπέλαβον
Τὸν τοῖσι τούτοις παντοπώλαις χρώμενον.
Αὐτοὶ δ' ΕΛΕΟΝ τε καὶ λοπάδα καινὴν, πάτερ,
Πῦρ τ' ὀξὺ καὶ μὴ πολλάκις φυσώμενον
Ἐποίουν, ἀπὸ τούτου πᾶν τὸ δεῖπνον εὐτρεπές.
Οὗτοί τε πρῶτον δάκρυα καὶ πταρμὸν πολὺν
Ἀπὸ τῆς τραπέζης καὶ σίαλον ἀπήγαγον,
Τῶν τ' ἐσθιόντων ἀνεκάθαραν τοὺς πόρους.
Ὁ μὲν οὖν Ῥόδιος πιὼν τιν' ἅλμην ἀπέθανε.
Β. Μάλ' εἰκότως· παρὰ τὴν φύσιν γὰρ τὸ ποτὸν ἦν.
Α. Ὁ Σόφων δὲ πᾶσαν τὴν Ἰωνίαν ἔχει,
Ἐμὸς γενόμενος, ὦ πάτερ, διδάσκαλος·
Κἀυτὸν φιλόσοφα καταλιπεῖν συγγράμματα
Σπεύδειν ἐμαυτοῦ καινὰ τῆς τέχνης. Β. Παπαὶ,
Ἐμὲ κατακόψεις, οὐχ ὃ θύειν μέλλομεν.
Α. Τὸν ὄρθρον ἐν ταῖς χερσὶν ὄψει βιβλία
Ἔχοντα καὶ ζητοῦντα τὰ κατὰ τὴν τέχνην.
Οὐδὲν ΧΟΡΕΥΤΟΥ διαφέρω τ' Ἀπενδίου.
Γεύσω δ', ἐὰν βούλησθε, τῶν εὑρημένων.
Οὐ ταὐτὰ προσάγω πᾶσιν αἰεὶ βρώματα.
Τὰ τεταγμέν' εὐθύς ἐστί μοι πρὸς τὸν βίον.
Ἕτερ' ἐστὶ τοῖς ἐρῶσι καὶ τοῖς φιλοσόφοις,
Καὶ τοῖς τελώναις. Μειράκιον ἐρωμένην
Ἔχον, πατρῴαν οὐσίαν κατεσθίει·
Τούτῳ παρέθηκα σηπίας καὶ τευθίδας,

Καὶ

Καὶ τῶν πετραίων ἰχθύων τῶν ποικίλων
Ἐμβαμματίοις γλαφυροῖσι κεχορηγημένα.
Ὁ γὰρ τοιοῦτος ἐστὶν οὐ δειπνητικὸς,
Πρὸς τῷ φιλεῖν δὲ τὴν διάνοιαν ἔς' ἔχων.
Τῷ φιλοσόφῳ παρέθηκα κωλέαν, πόδας·
Ἀδηφάγον τὸ ζῶον εἰς ὑπερβολὴν
Ἐστὶν. Τελώνῃ γλαῦκον, ἔγχελυν, σπάρον,
Ὅταν ἐγγύς· ἣν δ' ὅδ' ὕστερος, ἀρτύω φακῆν.
Καὶ τὸ περίδειπνον τοῦ βίου λαμπρὸν ποιῶ.
Τὰ τῶν γερόντων στόματα διαφορὰν ἔχει,
Νωθρότερα γὰρ πολλῷ 'στὶν ἢ τὰ τῶν νέων.
Σίναπι τούτοις παρατίθημι, καὶ ποιῶ
Χυλοὺς ἐχομένους δριμύτητος τὴν φύσιν,
Ἵνα διεγείρας πνευματῶ τὸν ἀέρα.
Ἰδὼν τὸ πρόσωπον γνώσομ', οὗ ζητεῖ φαγεῖν
Ἕκαστος ὑμῶν ———

Hæc Anthippus. Primum notandum illud, παλαιὰ καὶ θρυλλέμενα ἀρτύματα. *Condimenta antiqua illa et omnium ore celebrata.* Quomodo locutus eſt Antiphanes apud Athenæum lib. ii. p. 45.

——— Μεταλλάξαι διάφορα βρώματα
Ἔσθ' ἡδὺ, καὶ τῶν πολλάκις ΘΡΥΛΛΟΥΜΕΝΩΝ
Διάμεσον ὄντα τὸ παραγεύσασθαί τινος
Καινοῦ παρέσχε διπλασίαν τὴν ἡδονήν.

Verſus nonus inquinatus admodum eſt. Tentabat vir magnus, ſed tentabat fruſtra. Nos tum metro, tum ſenſu loci poſtulante, emendavimus.

PARS V. davimus. Deinde legendum ἐλεὸν, non ἔλαιον. Ἐλεὸς sive Ἐλεὸν est *mensa coquinaria.* Vox occurrit non semel apud Homerum. Occurrit etiam apud Aristophanem in Equit. 152.

Ἴθι δὴ, κάθελ' αὐτȣ̃ τȣ̀λεόν——

Ad quem locum consulendus Scholiastes.* Σκεῦος ξύλινον vocat Harpocratio v. Ἐλεοκόπων. Paulo infra recte conjecimus, Χορεύετε τ' Ἀσπενδίȣ. Notum Proverbium, Ἀσπένδιος κιθαριστής, de eo qui sibi soli canit: quod erudite explicat Casaubonus. Quod sequitur male accepit vir magnus. Γεύσω est *gustum* sive *specimen dabo.* Nos Angli; *I will give you a taste of my inventions.* Eurip. Cyclop. 149.

Βȣ́λει σε ΓΕΥΣΩ πρῶτον ἄκρατον μέθυ; †

Hinc Γεῦμα et Γευστήριον, de quibus viri docti ad Pollucem et Athenæum. Nostram interpretationem confirmant sequentia; in quibus coquus noster artem suam et elegantiam describit. Quæ sequuntur, ἰχθύων τῶν ποικίλων, elliptica sunt.‡ Recte autem τῶν ποικίλων, de quo Macho apud Athenæum lib. vi. p. 244.

---

* De hac voce vide omnino Hemsterhusium ad Lucian. vol. i. p. 371.

† Confer Cl. Valckenar. ad Herodotum p. 532. Edit. Wesseling. et nos Emend. in Suidam P. III. p. 142.

‡ Confer et Sotadem Comicum apud Athenæum lib. vi. 11. p. 293.

Quod

Quod vero legitur, Ἦν δ' οὐδ' ὕστερος, ἀρτύω φακῆν, *Si sparus desit, lenticulam apparo*, longe festivissimum est. Haud aliter Menander in Carchedonio, PARS V.

——— Ἐπεὶ δ'

Ὀψάριον οὐδὲν ἔλαβον, ΕΨΗΣΩ ΦΑΚΗΝ.

De quo nos Emend. in Suidam P. III. p. 384. Quod sequitur, καὶ τὸ περίδειπνον τοῦ βίου, omnes Interpretes fefellit. Festive Comicus *senum convivia*, περίδειπνα τοῦ βίου, *the last supper of life*, vocat. Sed hoc Atticæ salivæ est, et quod nostri homines non sapiunt. Denique scripsimus, Νωθρότερα πολλῷ. *Palata seniorum sunt multo languidiora et obtusiora quam juvenum.* Vulgo male legitur Νωθρότατα. Atque hæc hactenus.

ΣΩι. Μονοσυλλάβως, οἱ σῷοι. ——— Ὁλόκληρόν τε καὶ σῶν καὶ ἀρτεμῆ ἐργασάμενον.] Scribe ἐργασάμενος. Quomodo recte legitur apud Suidam v. Θεόπομπος, ad quem locum consulendus Kusterus.

ΣΠΟΔΕΙΝ. Τύπτειν.

——— Ὁμοθυμαδὸν

Σποδεῖν ἅπαντας τοὺς ἀλαζόνας δοκεῖ.]

Hæc sunt verba Aristophanis in Av. 1017. Verbum autem Σποδεῖν sensu nunc honesto, nunc inhonesto usurpatur: de quo nos nonnulla in

PARS V. in Addendis ad Theocritum. Atque hinc corrigendus videtur Ariſtophanes apud Schol. Theocrit. v. 118. Τȣ̃το δὲ γινώσκω, ὅτι ὁ δεσπότης σȣ̃ δῄσας σε ἐπύγιζεν, ἐμόλυνεν· ὅπερ δηλοῖ τὸ ἐκάθηρεν ϗ ἐξέδειρε. Καὶ Ἀριςοφάνης· Πέδει τὰς πλευρὰς ϗ ἐκάθηρεν. Ubi legendum, Ἐσπόδει τὰς πλευράς. Ariſtoph. Ran. 675.

——Ἀλλὰ τὰς λάγονας σπόδει.

Ubi Schol. Σπόδει, κάθαιρε. Et ad hunc locum Comici neſcio an reſpexerit Theocriti Scholiaſtes.


ΣΤΑΤΗΡ. Τὸ ἐκ χρυσȣ̃ νόμισμα. Τῶν βαλαντίων ἡ συναρὶς, τὸ μὲν εἶχεν ὀβολȣ̀ς ἐκ χαλκȣ̃, τὸ δὲ ςαλῆρας χρυσȣ̃ς, τῶν μὲν Εὐμήλȣ ἵππων πολὺ μᾶλλον ἀλλήλοις ἐοικότας.] Locus hic corruptus eſt: quod Interpreti fraudi fuit. Scribendum, ἐοικότα. Quomodo recte legitur infra v. Τῶν ἵππων Εὐμήλȣ. Qui locus ex hoc noſtro ſupplendus eſt.* Reſpexit autem Auctor, quiſquis fuerit, ad Homer. Iliad. B. 763.

Ἵππων μὲν μέγ' ἄριςαι ἔσαν Φηρητιάδαο,
Τὰς Εὔμηλος ἔλαυνε, ποδώκεας ὄρνιθας ὥς,
Ὄτριχας, οἰέτεας, ςαφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐίσας·
Τὰς ἐν Πιερίῃ θρέψ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων,
Ἄμφω θηλείας, φόβον ἄρηος φορεȣ́σας.

* Locus, quem laudat Suidas, exſtat apud Syneſium in Epiſt. cxxvii. Quod lector eruditus notabit.

ΣΤΟΛΙΟΝ.

ΣΤΟΛΙΟΝ. Ἡ στολή. Καὶ Στολίς. PARS V.



Ἄκρητον θλίβων νέκταρ ἀπὸ στολίδων.]

Pentameter iſte eſt pars Epigrammatis in Anacreontem, quod exſtat Anthol. lib. iii. p. 400. ubi male legitur, ἀπὸ σταλίκων.

T.

ΤΑΣ ΟΦΡΥΣ ΑΝΕΣΠΑΚΩΣ——

Ὥσπέρ τι δεινὸν ἀγγελῶν ἐπείγεται.] Hæc ſunt verba Ariſtophanis in Acharn. 1068. ubi ita legitur,

Καὶ μὴν ὁδί τις τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακὼς
Ὥσπέρ τι δεινὸν ἀγγελῶν ἐπείγεται.

ΤΕΘΟΛΩΜΕΝΟΣ. Ἐπὶ λύπης.

Ὑπὸ τῆς ἀνίας ἀπεθολοῦθ' ἡ καρδία.]

Scribendum, ἀνεθολοῦθ' ἡ καρδία. Quomodo recte legitur apud Etymologum, et Photium in Lex. inedito, ex quo deſcripſit Suidas. Atque ad hunc locum reſpexiſſe videtur Heſychius: Ἀνεθολοῦτο, ἀνεταράσσετο. Verbum non ſemel uſurpant Procopius et Philoſtratus. Confer etiam Suidam v. Ἀναθολώσει. Cæterum haud aliter locutus eſt Euripides Alceſt. 1067.

——ΘΟΛΟΙ ΔΕ ΚΑΡΔΙΑΝ, ἐκ δ' ὀμμάτων
Πηγαὶ κατερρώγασι——

Atque

PARS V. Atque hac occasione corrigendus Antiphanes apud Athenæum lib. viii. p. 338.

Τὰς σηπίας δὸς πρῶτον. Ἡράκλεις ἄναξ!
Ἅπαντα ΤΕΘΟΛΩΚΑΣΙΝ. Οὐ βαλεῖς πάλιν
Εἰς τὴν θάλατταν κ᾽ πλυνεῖς, μὴ φῶσί σε
Δωριὰς ἑώλους σηπίας εἰληφέναι;

Ita scribendus iste locus, qui in vitiosissimis est, tum metri, tum sententiæ jussu. Dorias est nomen *ancillæ:* quod ex Terentii *Eunucho* satis notum. Deinde recte, ἑώλους σηπίας. *Stale fish.* Antiphanes apud Athenæum lib. vi. p. 225.

——Παραδοθέντες ἄθλιοι
Τοῖς ἰχθυοπώλαις τοῖς κακῶς ἀπολουμένοις,
Σήποντ᾽ ΕΩΛΟΙ κείμενοι δύ᾽ ἡμέρας,
Ἢ τρεῖς ————

ΤΕΤΡΑΜΟΝΟΣ. *Quatuor mansiones habens.*] Scribendum, opinor, Τετράμηνος. D. Joan. iv. 35. Οὐχ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἔτι ΤΕΤΡΑΜΗΝΟΝ ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; Ubi Codices nonnulli τετράμηνος exhibent. Atque ad hunc locum proculdubio respexit Suidas.*

ΤΕΤΥΦΩΜΑΙ. Ἀντὶ τοῦ, ἐμβεβρόντημαι. Ἔξω τῶν φρενῶν γέγονα — κ᾽ γὰρ Ἀλκαῖος φησί· Πάμπαν δὲ τυφὼς ἐκ δ᾽ ἐλέγεται φρένας.] Photius in Lexi-

* Vide Heinsii Exercitat. Sacras p. 369.

co inedito: ἐκδιλέγετο φρένας. Quod ad veram lectionem ducit. Scribendum, PARS V.

Πάμπαν δὲ τυφῶς ἐκ δ' ἕλετο φρένας.

Respexit Alcæus ad Homer. Iliad. Z. 234.

Ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης ΦΡΕΝΑΣ ΕΞΕΛΕΤΟ Ζεύς.

ΤΙ Δ' ΑΛΛΟ ΜΕΓΑΡΟΙ; Λείπει τὸ, ἢ ἀπολέσαι σπουδάζεις;] Aristoph. Acharn. 758.

Δ. Αὐτίκ' ἄρ' ἀπαλλάξεσθε πραγμάτων. Μ. Σαμάν.
Τί δ' ἄλλο; Δ. Μεγαροῖ πῶς ὁ σῖτος ὤνιος;
Μ. Παρ' ἀμὲ πολυτίματος, ἅπερ τοὶ θεοί.

Ad hunc locum respexit Suidas, et ex eo proinde est reformandus.

ΤΟΥ. Τοῦτο καὶ ἐπὶ θηλυκοῦ τάττεται, ὥσπερ τὸ τινός. Ἀριστοφάνης Ἀμφιάρεῳ·

Ταυτὶ τὰ κρέ' αὐτῷ παρὰ γυναικός του φέρω.

Ἐπὶ οὐδετέρου δὲ Δαναΐσιν·

Ἀλλ' εἴσιθ', ὡς τὸ πρᾶγμα λέξαι βούλομαι
Τουτί. Προσόζειν γὰρ κἀκ του μοι δοκεῖ.]

Versus posterior claudicat. Legendum, Κακοῦ του. Quomodo recte exhibet Photius in Lex. MS.

ΤΟΥΘ' ΑΙΔΗΣ ΔΙΑΚΟΝΕΙ ΠΡΟΤΕΡΟΝ, Η ΕΓΩ ΠΕΙΣΟΜΑΙ.] Hic locus exstat apud Aris-

PARS V.

Aristophanem in Vesp. 760. Ubi legitur, Ἀΐδης διακρινεῖ. Quomodo et apud Suidam scribendum est. Corrigendus autem obiter Scholiastes: Ἐν Κρήσσαις Εὐριπίδε ὁ Ἀτρεὺς πρὸς τὴν Ἀερόπην κρινεῖ ταῦτα. Quæ mutila sunt atque ita supplenda: ὁ Ἀτρεὺς πρὸς τὴν Ἀερόπην φησίν. Ἀΐδης διακρινεῖ ταῦτα.

ΤΟΥΣ. Ἀντὶ τȣ͂, τȣ́τȣς. Ὅμως μὴ μὲν τȣ̀ς ἵππȣς δέ.] Hæc valde corrupta sunt. Lego et distinguo: Τȣ̀ς. Ἀντὶ τȣ͂, τȣ́τȣς. Ὅμηρος·

Ἦ μὲν τȣ̀ς ἵππȣς τε ———

Homer. Iliad. K. 322.

Ἀλλ᾽ ἄγε, μοι τὸ σκῆπτρον ἀνάσχεο, καί μοι ὄμοσσον,
Ἦ ΜΕΝ ΤΟΥΣ ΙΠΠΟΥΣ ΤΕ, καὶ ἅρματα ποικίλα χαλκῷ
Δωσέμεν, οἳ φορέȣσιν ἀμύμονα Πηλείωνα.

Ad hunc locum proculdubio respexit Suidas.*

ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΜΟΙ ΠΑΝΤΩΝ ΗΤΤΟΝ ΜΕΛΕΙ. Ἀντὶ τȣ͂, ȣ̓δαμῶς.] Hæc sunt verba

* Suidas supra, Ἦδος. Ὄφελος.—Ὅμως ἀλλὰ τί μοι τȣ́των ἦδος, ἐπεὶ φίλος ὤλετο; Editio Mediolan. ἀντὶ τȣ͂, τȣ́των, recte habet τῶν. Sed locus omnino corruptus est atque ita scribendus: Ἦδος. Ὄφελος. —Ὅμηρος·

Ἀλλὰ τί μοι ΤΩΝ ἦδος, ἐπεὶ φίλος ὤλεθ᾽ ἑταῖρος;

Hic versus, ad quem proculdubio respexit Suidas, exstat apud Homerum, Iliad. Σ. v. 80. quod et bene monuit Cl. Kusterus.

Aristophanis in Plut. 1119. Confer nos supra ad v. Ἧτλον. PARS V.

ΤΡΑΓΟΣ. Παρὰ Μεσσηνίοις ὁ ἐρινεός. Ἐδέξατο δὲ Ἀριστομένης χρησμὸν, ὡς, ἡνίκα πίῃ ὕδωρ τοῦ Ἐδα ποταμοῦ ὁ τράγος, ἁλώσεται ἡ Ἰρὰ τὸ ὄρος.] Scribendum, τοῦ Νέδα ποταμοῦ. Quomodo recte legitur apud Pausaniam in Messenicis. Quod et recte observavit Cl. Kuhnius.

ΤΡΙΓΕΡΩΝ. Τρεῖς γενεὰς βιούς.

——— Νέστωρ

Ἐν Πύλῳ ἠγαθέῃ τύμβον ἔχει τριγέρων.]

Ad hunc locum nonnulla jampridem scripsimus Emend. P. III. p. 265. quæ omnino consulenda. Dicebatur autem Nestor τριγέρων et τριγερήνιος. M. Antonin. iv. 50. Τί διαφέρει ὁ τριήμερος τοῦ τριγερηνίου; Quod vocabulum fictum et πεπαιγμένον. Nosti illud Homeri, — Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ. Hinc festive Antoninus, Τριγερήνιος. Dicitur autem τριγέρων de homine silicernio, et qui plurimos annos vixerat. Sic Τρικόρυζος, Τρίπορνος, Τρίορχης, atque alia ejusdem formæ sexcenta; de quibus nos in Addendis ad Theocritum p. 409. Cum Suida facere videtur Propertius ii. 13.

Nam quo tam dubiæ servetur spiritus horæ?
Nestoris est visus POST TRIA SECLA *cinis.*

Qui ſi tam longæ minuiſſet fata ſenectæ
Garrulus Iliacis miles in aggeribus,
Non ille Antilochi vidiſſet corpus humati,
Diceret aut, o mors, cur mihi ſera venis?

Ita ſcribendus iſte locus, præeunte Cl. Marklando ad Statii *Sylvas* p. 173. Atque hac occaſione emendandum Epigramma non illepidum in Anthol. Cephalæ Miſcell. Lipſ. vol. ix. p. 106.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Χρυσέος ἦν γενεὴ καὶ Χαλκέος, ἀργυρέη τε
Πρόσθεν, πανλοίη δ' ἡ Κυθέρεια τανῦν.
Καὶ χρυσοῦν τίει, καὶ χαλκέον ἄνδρ' ἐφίλησεν,
Καὶ τοὺς ἀργυρέους οὔποτ' ἀποστρέφεται
Νέστορας ἡ Παφίη. Δοκέω δ' ὅτι καὶ Δανάῃ Ζεὺς
Οὐ χρυσὸς, χρυσοῦς δ' ἦλθε φέρων ἑκατόν.

Ita ſcribendum iſtud Epigramma. Νέστορας ἀργυρέους. *Senes bene nummatos. Rich old fellows.* Vulgo inepte legitur Νέστωρ.

ΤΡΟΧΙΣΘΕΙΣΑ. Βασανισθεῖσα. Ἀπὸ τοῦ τροχοῦ ὅπερ ἐστὶν ὄργανον βασανιστικὸν, καὶ διατείνον τὰ σώματα.] Antipho Orat. I. Τῷ γὰρ δημοκοίνῳ ΤΡΟΧΙΣΘΕΙΣΑ παρεδόθη. Ad hunc locum reſpexit Suidas.

ΤΡΥΓΟΣ ΓΛΥΚΕΙΑΣ. Τοῦ τέους νέου οἴνου. Τρύγα γὰρ καὶ τὸν νέον οἶνον ἐκάλουν, καὶ τὴν ὑποστάθμην.] Ariſtoph. Pac. 575.

Ἀλλ'

PARS V. 

Ἀλλ' ἀναμνησθέντες, ὦνδρες,
Τῆς διαίτης τῆς παλαιᾶς,
Τῶν τε σύκων, τῶν τε μύρτων,
Τῆς ΤΡΥΓΟΣ ΤΕ ΤΗΣ ΓΛΥΚΕΙΑΣ.

Huc respexit Suidas. Verba autem Scholiastæ, quæ exhibet Suidas, ex libris melioribus atque auctioribus, quam qui nunc exstant, descripta sunt. Quod non semel observavimus.

ΤΥΝΟΥΤΟΝΙ. Δεικτικῶς. Ἀντὶ τοῦ, μικρόν.] Aristoph. Equit. 1217.

Ἐμοὶ δ' ἔδωκεν ἀπολεμῶν τυνουτονί.

Ubi Schol. Τυνουτονί. Δεικτικῶς συλλαβὼν τοὺς δακτύλους φησί. Φαεινος, ἀντὶ τοῦ μικρόν. Ad hunc locum spectavit Suidas. Confer Schol. ad Aristoph. Ran. 139. ubi legitur, συνάγων τοὺς δακτύλους. Quod perinde est.

Υ.

ΥΔΩ. Τὸ ᾄδω. Ὕδειν ἔοικε, καὶ Ὑδέομι ἀντὶ τοῦ ὑμνοῖμι.

Αἴθρην τε εὔτεκνον ἐπ' ἀγρομένοις ὑδέοιμι.] Scribe ob metrum,

Αἴθρην τὴν εὔτεκνον ——

Est autem, opinor, versus Callimachi in Hecale; quæ mulier hospitio excepit Theseum: de quo Plutarchus in Theseo. Æthra autem

 mater

PARS V. mater Thesei.* Huc referendus etiam versus apud Suidam v. Κυμαίνει.

Αἶψα δὲ κυμαίνουσαν ἀπαίνυτο χυτρίδα κοίλην.

Nec non versus ille apud Etymol. v. Λάκτιν.

Αὖθις ἀπαλτίζουσαν ἔτνους εὐεργέα λάκτιν.

Ita scribendus videtur iste locus; de quo viri docti ad Callimachum. Græca autem ita vertenda sunt: *Pultis confectricem truam.* Hinc Εὐεργὴ et Εὐεργέτις Atticis dicta, de quo consulendi Lexicographi. Etymol. Ἔτνος τὸ ΔΙΑΛΕΛΥΜΕΝΟΝ ὑπὸ τῆς ἑψήσεως καὶ ΤΗΣ ΤΟΡΥΝΗΣ. Quod notandum.† Cæterum verbum Ὕδειν sive Ὑδεῖν usurpat Callimachus in Jov. 76.

Αὐτίκα χαλκῆας μὲν ΥΔΕΙΟΜΕΝ Ἡφαίστοιο.

ΥΠΑΙΜΑΚΕ. Διέφθειρεν. Οὔ σε κυνῶν γένος εἷλ' Εὐριπίδη, ἀλλ' αἰδὴς καὶ γῆρας ὑπαίμακεν.] " Vox ὑπαίμακε est corrupta: pro qua Antho-

* Vide nos Emend. in Suidam P. 111. p. 291. et Hagenbuch. in Epist. Epigr. p. 18.

Εὕρεσιν ἐνθάδε γῆ κατέχει, θανάτοιο λαχοῦσαν,
Μητέρα ΤΗΝ ΕΥΤΕΚΝΟΝ· Εὐδαίμων ἧς, ὦ παροδῖτα.

Confer et p. 22.

† Hinc jocus Cleopatræ apud Plutarchum vol. i. p. 944. Φθάνει δὲ Καῖσαρ, Ἀντωνίου περὶ τὸ Ἄκτιον ὁρμοῦντος, ἐν ᾧ τόπῳ νῦν ἡ Νικόπολις ἵδρυται, διαλαβὼν τὸν Ἰόνιον, καὶ τῆς Ἠπείρου χωρίον, ὃ Τορύνη καλεῖται, καταχών. Θορυβουμένων δὲ τῶν περὶ τὸν Ἀντώνιον, (ὑστέρει γὰρ ὁ πεζὸς αὐτοῖς) ἡ μὲν Κλεοπάτρα σκώπτουσα, Τί δεινὸν, ἔλεγεν, εἰ Καῖσαρ ΕΠΙ ΤΗι ΤΟΡΥΝΗι κάθηται;

" log.

" log. lib. iii. p. 396. rectius legitur ὑπέκβαλε." *Kuster.* Epigramma hoc, quod Dionysii nomen præfert, non uno loco corruptum eſt. Primum ſcribendum κυνῶν γένυς, quod et jampridem monuimus ad Suidam, Emend. P. III. p. 300. Deinde legendum, PARS V.

Ἀλλ' ἀΐδης ἢ γῆρας ΥΠΕΡΒΑΛΕ ——

Euripides apud Polybium lib. xii. p. 929.

Δέδοικα δὲ μὴ
Πρὶν ΥΠΕΡΒΑΛΗι με ΓΗΡΑΣ,
Πρὶν ἂν χαρίεσσαν προσιδεῖν ὥραν,
Καὶ καλλιχόρους ἀοιδὰς,
Φιλοστεφάνους τε κώμους.

Atque ad hunc locum Euripidis non ſine gratia adluſit Epigrammatiſta.*

ΥΠΕΥΘΥΝΟΙ. Οἱ μήπω λογισμοὺς παρεσχηκότες, μηδὲ εὐθύνας τῆς ἀρχῆς, ἧς ἐπιστεύθησαν.] Hæc ſunt verba Scholiaſtæ ad Ariſtoph. Equit. 259.

ΥΠ' ΗΟΙ. Ὑπὸ τὸν ὄρθρον. Homer. Iliad. Θ. 530.

Πρωῒ δ' ὑπ' ἠοῖοι σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες,

Ubi Schol. Ὑπὸ τὴν ἕω. Ὑπὸ τὸν ὄρθρον. Ad hunc locum

* Hæc male leguntur apud Stobæum, Serm. clxxii. p. 587. quæ ſanare non potuit Grotius, Floril. p. 209. Illud tamen Epigramma, quod reſpexit Suidas, aliter legit Cl. Brunckius, quem vide. Analect. vol. ii. p. 242. et vol. iii. p. 189.

PARS V. locum respexit Suidas. Sed utrobique legendum una voce, Ὑπηοῖοι. Homer. Odyss. P. 25.

——μή με δαμάσσῃ
Στίβη ΥΠΗΟΙΗ——

Apollon. Rhod. iv. 841.

Ὡς κεν ΥΠΗΩιΟΙ μνησαίατο νόσον ἑλέσθαι.

ΥΠΟΔΟΧΗΣ. Πλήθους. Ὑποδοχῆς Διονυσίων. Ἀντὶ τοῦ πλήθους καὶ πολλῶν Διονυσίων. Ἀριστοφάνης.] Locus Aristophanis, quem respexit Suidas, exstat in Pac. 529.

——Ὀπώρας, ὑποδοχῆς, Διονυσίων.

Ubi consulendus Scholiastes. Vocem autem ὑποδοχὴν usurpat Polybius in Excerpt. Legat. p. 1259. Ἀποδεξάμενος δὲ τοὺς ἄνδρας φιλανθρώπως, τὴν μὲν πρώτην ΥΠΟΔΟΧΗΝ αὐτῶν ἐποιήσατο μεγαλομερῶς. Nec non Teles apud Stobæum p. 780. Ὄψον μὴ τὸ τυχὸν, οἶνον ἡδὺν, ΥΠΟΔΟΧΑΣ ΤΑΣ ΕΠΙΒΑΛΛΟΥΣΑΣ. Quæ locutio notanda.*

ΥΠΟΚΑΘΕΣΘΑΙ. Συγχωρῆσαι, ἀφεῖναι. Ὁ δὲ βουληθεὶς μηδὲν ἀλλότριον ὑποκαθέσθαι, μηδὲ δυσμενὲς μηδὲν ἀπολείπειν τῇ βασιλείᾳ.] Hæc sunt verba

* Athenæus lib. v. 13. p. 210. Ὁ γὰρ τῷ προειρημένῳ Ἀντιόχῳ ὁμώνυμος βασιλεὺς, Δημητρίου δ' υἱὸς, ὡς ἱστορεῖ Ποσειδώνιος, ΥΠΟΔΟΧΑΣ ποιούμενος καθ' ἡμέραν ΟΧΛΙΚΑΣ χωρὶς τῶν ἀναλισκομένων, σωρεύματα ἑκάστῳ ἀποφέρειν ἐδίδου τῶν ἑστιατόρων ὁλομερῆ κρέα χερσαίων τε καὶ πτηνῶν καὶ θαλαττίων ζώων ἀδιαίρετα ἐσκευασμένα, ἅμαξαν πληρῶσαι δυνάμενα.

Polybii

Polybii in Excerptis Valesii, p. 118. Quod et recte observavit Cl. Ernestus. PARS V.

